



ducendo nella bisaccia oggetti
tempo di guerra ciascun mi-
provveduto d'una fascia, con al-
ee, e cenci di panno lino, eadendo
rebbe più speditamente medicato
chirurgo troverebbe sul medesimo
estate le cose necessarie alla prima ne-
one.

§. LXVII.

Oltre agli indicati oggetti di vestimento
ascun fante porta sopra se stesso un fucile
on bajonetta, una sciabola, e una giberna
iena di cartocci. Egli è evidente, che ai-
ato d' armi leggiere reggerebbe più lung-
ipo alla marcia, e più agevolmente li-
erebbe nella pugna. Forse diminuendo
o della palla, si potrebbe alleggerir
llo del fucile senza togliergli la solidità
sistenza necessaria.

l'armadura dell' infanteria lo schiopp
on bajonetta sembrano sufficienti. Della sciabola
non ne fa uso che in caso estremo: si
serve comunemente per ispaccar legname
altri consimili bisogni; quantunque

FLORA ACONIENSIS

SEU PLANTARUM

IN NOVARIENSI PROVINCIA
SPONTE NASCENTIUM DESCRIPTIO

AUCTORE

JOANNE BIROLI NOVARIENSI

MEDICINAE DOCTORE
IN LYCEO-CONVICTU AGRICULTURÆ
ET BOTANICES PROFESSORE
PLURIUM ACADEMIARUM SOCIO
AGRARIJ NOVARIENSIS SOCIETATIS HORTI
PRAESIDE.

VOL. I.

1808.

EX TYPOGRAPHIA VIGLEVANENSI.

*L*ex data decima nona die Floriferi mensis anno **IX.**
hujusce editionis venit in tutelam.



EXCELLENTISSIMO VIRO
 J O S E P H O P R I N A
 EQUITI TORQUATO CORONAE FERREAE
 MAGNA AQUILA LEGIONIS HONORIS INSIGNITO
 EX COLLEGIO ELECTORALI DOCTORUM
 REDITUUM PUBLICORUM IN REGNO ITALIAE
 ADMINISTRO.

JOANNES BIROLI.

*H*erbarium quotquot rarissimas, salu-
 berriusque jauðiu perlustranti uiri,
 ac diligenter scrutanti Acconieuse so-
 luu exhibuit in serieu digestarum

descriptioem edituro, Præstautissime
Vir, Tu mihi prius occurris, cui li-
brum iuscribam, et douem. Quem-
admodum eum lucubrationi huic ua-
scenti id erat potissimum propositum,
ut et uberrimae rebus omnibus regioni
aliquid novius, celebritatisque hac
etiam ex parte oriretur, et hominibus
nostri non iniuria pararetur utilitas:
atque operi exacto nullus aptior, pro-
pensiorque uiri visus est posse Pa-
tronus obtinere, quam Tu, per quem
Orbi nostre tanta decoris, ornamenti,
et comodi facta est accessio, ut se
talem genuisse Civei merito, et lœ-
tetur, et gloriatur. Accedit quod,

omni liberaliſt artes, et disciplinas,
jauſ iude a priua adolescentia pen-
uiversas magnitudine ingenii tui con-
plexus sis, uil tibi nou caruui, et
mirifice acceptum eſſe posſe ſperavi.
quod ad eas quoquomodo vel promo-
veendas, vel illuſtraendas conſerre poffit.
Hoc itaque ſtudiorum meorum immi-
ſculum, quod in tuo nouiue apparet,
aequi bouique facias rogo, atque be-
nigne, quae tua eſt humauitas, exci-
piens, ingenius, quibus haec regio in
priuis certe ferax eſt, majora for-
taſſe jau molientibus, auiuos addas.

P R A E F A T I O.

UBI primum in R. Lyceum , quo cum convictu nuperrime Civitas haec munificentissimi Principis beneficio aucta , et honestata est , Agriculturae , et Herbariae artis professor cooptatus fui per opportunam exi-
stimavi tempus occasionem attulisse , ut , quam olim adornaveram indigenarum Aco-
niensis Provinciae stirpium descriptionem , in lucem proferrem . Sicuti enim adolescen-
tium meae curae commissorum utilitati ad-
prime consultum fore confidi , si , quae
verbis delineata , et expressa , mente , ani-
moque in Schola me docente didicissent ,

eorum pleraque vivis exemplis ante oculos posita, passim, quasi me duce, possent intueri: ita arbitratus sum fore ut meus hic labor, quamvis unius regionis spatio circumscriptus, non minimum publici commodi intersit. Quandoquidem non dubium est, quin, si opera, studiisque collatis Herbarii in id incumbant, ut singuli in singulis regionibus, quod ipse exorsus sum, idem ingenio, et auspiciis felicioribus perficiant, brevi nos absolutissimam universi Regni Floram simus habituri. Cui quidem operi perficiendo vix hominis unius studia, vitaque sufficerent; eo plane modo, quo politico-oeconomicam cuiuslibet Regni descriptionem (quam Statisticam vocant) fieri non posse compertum est, nisi antea singularum provinciarum factis, et observationibus sigillatim exactis, ex quibus tamquam conquisitis, et congestis caementis universum aedificium in magnum veluti corpus coalescat.

Aconiensis igitur Praefectura, quae ab Agonia seu Aconia fluvio, qui ab Agoni-

bus Populis nomen habet, Verbano lacu, Ticinoque flumine ad orientem solem; Sessitis amne ad occidentem; Eridano ad meridiem; corona denique montium septentriones versus terminatur. Porro hisce finibus comprehensa Regio dividitur in planam, collinam, et montosam. Plana constat Laumellina, et territoriis Viglevanensi, et Novariensi; collina planam interjacet ac montosam; hanc vero efficiunt Alpes Poeninae, ac Summae, earumque rami, seu brachia Valles omnes Sessitanas, et Ossulanis complectuntur.

Ad Poeninas Alpes pertinent in summa Valle Sessitana mons Rosa, cuius pars non impervia est mons Turlo: mons Moro in suprema Valle Antrasca, et Antronensi; mons Ossulanus in Valle Bugnanca; mons Sempronii, vel Semplonii, vel Coepionis, il Sempione supra vallem Diveriae, aut Divedriae, val Divedria, vel di Vedro; mons Cistella inter latera vallium Divedriae, et Antigorii. Ad alpes summas referendus est mons Gries, sive Col di Gries in verti-

ce vallis Formatiae, utpote propago montis Aduluae, Monte di s. Gottardo, quem alpibus summis geographi omnes adscribunt, et quoniam a Gries ad Vegetianam vallem continuantur alpinae rupes, quae gradatim inde descendunt ad efformandas valles Intrascam, et Canobianam, editiores saltem ex earum numero, sunt alpibus summis accensendae, una cum monte Crestesio sito non procul ab ostiis vallium Antigorii, atque Vegetii.

Dixi horum montium, et aliorum, quos praeterii ramos, seu brachia complecti valles Sessitanas, et Ossulanis, etenim sub uno nomine vallis Sessitanae, vel Siccidae, la Valsesia, aliae plures veniunt, sed tres praecipue: sunt autem Vallis magna, Val Grande, quae ab Alania descendens, Alagna, per Varallum, Aram usque pertingit Sessite flumine irrigata. Parva, Val Pitta, Val Piccola, Val di Sarmenza, sive Val di Bucioletto, quae a Balmutia, Balmuccia usque ad montem Tagliaferro sursum dicit. Tertia denique Mastalonis, quae pro-

pe Varallum incipiens , Rimellam , Rimella , et Fobellum , Fobello , usque adscendit.

Sessitanas valles consequuntur ad septentrionem Ossulanae , ac primo quidem Antiasca , Val d' Anzasca , mox Antronensis , Valle d' Autrona , tum Bugnanca , Valle di Bugnanco , deinde Diveria , Divedria , seu Divetria , Valle di Vedro , quae ostium habent orienti obversum ; sequitur maxime omnium aquilonaris , et prospiciens in meridiem Vallis Antigorii , Valle di Antigorio , supra quam Vallis Formatia , Valle di Formazza , in cuius vertice septentrionali e memorato monte Gries oritur Athison , seu Athoson , la Toce , la Tosa , aut l' Atos . Sola in orientali Ossulae parte sita est Vallis Vegetii , Val di Vegezzo , obversum habens ostium occidenti , et fere oppositum ostio Vallis Bugnancae . Sed nomen Vallis Ossulae , Val d' Ossola , aut Val Grande dell' Ossola , proprie sibi vindicat major , et depressior ceteris vallis , quam Athiso a septentrione , ad meridiem interfluens tributarias aquas a singulis vallibus acci-

*pit, et a laeva Meletium, Melezzo, a *Ve-*
getiana, a *dextera* a *Valle Divedria* tor-
 rentem *Diveriam*, la *Divedria*, a *Bugnanca*
Bugnain, la *Bugna*, ab *Antronensi Oescam*,
 l' *Osa*, aut l' *Oesca*, ab *Antiasca*, *Antiam*,
 la *Lanza*, aut l' *Anza*, et a *dextera* *itidem*,
 postea quam *Athiso* ad *orientem* *vergit*,
Stronam, la *Strona*, a *valle cognomine*
Val di Strona, *auctamque Negulia*, la *Ne-*
goja, aut *Negolia*, *quod est emissarium*
Hortani Lacus, seu *Cusii*, Lago d' *Orta*,
 a *sinistra vero emissarium Lacusculi*, qui
 a *Mergotio nomen habet*, Lago di *Mer-*
gozzo.*

Jam vero ad invisendam, quam descri-
psi hactenus montanam Praefecturae par-
tem, primo me contali anno 1795, quo
vertente, pedes semper juxta Linnaei mo-
nitum, trium mensium spatio montes, val-
lesque Ossulae universas non solum pe-
ragravi, verum etiam intentis oculis, ani-
moque lustravi.

Quo ex itinere cum domum rediissem
naturae spoliis onustus, hoc est fossilibus

permultis , nec parva insectorum copia , maxime Coleopterorum , et Lepidocterorum , tum vero vegetabilium messis meam superavit expectationem.

Brevis hic , et faustus excursus incendit animum ad alias peragrandas regiones Novariae adjacentes , omniaque indigena vegetabilia colligenda , quod singulis annis feci , modo hanc , modo illam , tum planam , tum montuosam ditionis partem perscrutando , ita ut nullam inobservatam , quoad fieri potuit , praetermisericim ; immo ubi feracior natura se se obtulerat , saepius reversus sum , praecipue ad montem Moro , Cistella , Ossolano , Crestese , Margozzolo , Campello , Rosa , et Turlo .

Non abs re erit commonere in montuosa hac parte non solum metalla , et semimetallica , aurum , argentum , cuprum , ferrum , antimonium , titanium abundare , verum etiam primordialibus scatere principiis . Occurrunt enim ubique granita , micacei , et argillosi schisti , serpentinae , et quarzosae rupes , nec deficit Calx primigenia ad Cre-

pit, et a laeva Meletium, Melezzo, a Vegetiana, a dextera a Valle Divedria torrentem Diveriam, la Divedria, a Bugnanca Bugnam, la Bugna, ab Antronensi Oescam, l' Osa, aut l' Oesca, ab Antiasca, Antiam, la Lanza, aut l' Anza, et a dextera itidem, postea quam Athiso ad orientem vergit, Stronam, la Strona, a valle cognomine Val di Strona, auctamque Negulia, la Negoja, aut Negolia, quod est emissarium Hortani Lacus, seu Cusii, Lago d' Orta, a sinistra vero emissarium Lacusculi, qui a Mergotio nomen habet, Lago di Mergozzo.

Jam vero ad invisendam, quam descripsi hactenus montanam Praefecturae partem, primo me contali anno 1795, quo vertente, pedes semper juxta Linnaei monitum, trium mensium spatio montes, vallesque Ossulae universas non solum peragravi, verum etiam intentis oculis, animoque lustravi.

Quo ex itinere cum domum rediissem naturae spoliis onustus, hoc est fossilibus

permultis , nec parva insectorum copia , maxime Coleopterorum , et Lepidocterorum , tum vero vegetabilium messis meam superavit expectationem.

Brevis hic , et faustus excursus incendit animum ad alias peragrandas regiones Novariae adjacentes , omniaque indigena vegetabilia colligenda , quod singulis annis feci , modo hanc , modo illam , tum planam , tum montuosam ditionis partem perscrutando , ita ut nullam inobservatam , quoad fieri potuit , praetermisericim ; immo ubi feracior natura se se obtulerat , saepius reversus sum , praecipue ad montem Moro , Cistella , Ossolano , Crestese , Margozzolo , Campello , Rosa , et Turlo .

Non abs re erit commonere in montuosa hac parte non solum metalla , et semimettalla , aurum , argentum , cuprum , ferrum , antimonium , titanium abundare , verum etiam primordialibus scatere principiis . Occurrunt enim ubique granita , micacei , et argillosi schisti , serpentinae , et quarzosae rupes , nec deficit Calx primigenia ad Cre-

volam in Valle Diveriae, non saxum Denomorense, Trapp; non Granatus, Granate, praesertim in monte Cistella; non Quarzus silex Crystallus, Cristallo di Rocca, albo, flavo, fusco, alioque colore infectus; non Talcus Cyanites, Cianite, non Tremolitus communis, et vitriformis, Tremolite; frequens praeterea est Actinotus vulgaris, et vitriformis, Stralite, et asbestosformis, Asbestite; Schorlus niger, Scrollo nero; Sienites, Sienite; Poifidi, aliaque non ignobilia mineralia, veluti Cao- linum ad montes di Crana in Valle Vegetii a Clarissimo Amoretti detectum ad efficienda vasa murrhina, Porcellanae, opportunissimum; Gypsum primordiale, Gesso primigenio, et Dolomites; Talcum nephrites, Pietra nefritica, o Giada; Achatem vero Carneolum, Agata, reperi ad alveum Athisonis, non longe a monte Crestese. Sed longum esset singula persequi enumera- rando.

Neque minus vegetabilibus ferax est Aconiensis Praefecture pars collina, seu

clivosa, quam dixi montuosam, et planam interjacere. Ubi enim decrescent montes ad Vallem Utiae, sive Ugiae, Val d'Ug-gia, et ad Hortanum, Lago d'Orta, Verbanumque lacum, Lago Maggiore, incipiunt colles, primo ipsos inter montes, dein alii aliis adglomerati, postea invicem recedentes, ita ut dupli serie secus Ticini dextram, Sessitisque sinistram progressi meridiem versus desinant in planitatem Novariensem, cuius etiam partem intercipiunt. Porro hisce in collibus, praeter vites, quae vina ferunt alia aliis generosiora, praeter oleas, quas intelligenti consilio nonnulli hodie colunt, praeter citrea mula, et medica facile provenientia, observare est stirpes non vulgares, praesertim in collibus Romanianis, di Romagnano, Bochae, di Boca, atque Mazzoriae, seu Majoriae, di Maggiora, ubi et Calx praestantissima, et Talcum medicinale, varie coloratum, Bolo, et Argilla ochra, Terra gialla, et Lithantraces, Carbone di Terra, et marina Testacea, praecipue ex-

ordine Cochlearum , in quo genera **Patellarum**, et Buccinorum obseruantur. Nec omittam recens detectum Caolinum.

Planities denique fere dimidium sibi vindicat Praefecturae ad meridiem fera-
cissima , et irrigua , quae etiam si primo
intuitu praediorum possessoribus arridere
unice videatur ob immensam satorum Ory-
zæ , et frumenti cujuscumque generis , et
pratorum , et Lini copiam , eadem nihilo
minus botanices amatoribus non est infe-
cunda ; nam glareosa superius cretacea
in medio , inferius sabulosa , multiplicem
alit vegetabilium varietatem ; praeterquam
quod ad planitiem pertinent ericeta Bru-
ghiere , quae a Campolato , Gambolò , ad
Ticinum extensa , et in eminentiori flu-
minis ripa continuata Burgummanerium ,
Borgomanero , usque procurrunt ; pertinent
etiam eae veluti valles , quas soli decli-
vitas Ticino , et Pado appropinquanti ne-
cessario efficit sub vernaculo nomine Val-
le del Ticino , Valle del Po ; pertinent val-
liculae ab Aconia , Terduplo , seu Terdu-

vio, il Terdoppio, aut Terdobbio, et Albonea, l' Arbogna, planitiam intersecantes efformatae. Hisce in vallibus, et ericetis vegetabilium copia, et varietas loci extensionem valde superat, praecipue in vallicula Alboneae, rivi ignobilis, et lutulentis Novaria Mortariam, ultraque pigre defluentis.

Quae cum ita sint, quis non videt in Aconiensi Praefectura non deesse regiones septentrionales, ubi glacies, nivesque perennes conservantur, ex quibus descendit ad temperatores, sicuti ad Lacus Verbani, et Cusii? Nec inolescere recusant in planicie fere omnes Carolinae, Virginiae, et Pensilvaniae Plantae, non secus ac in natali solo.

Nec dubitem asserere permulta vegetabilia apud nos crescere, praeter descripta, inobservata; etenim singulis anni temporibus in iisdem locis opporteret naturam sequi, quippe Aconiae provincia latissime patens variis plagis maxime in alpibus gaudet, quam quod valeant hominis vires

ordine Cochlearum , in quo genera **Patellarum**, et **Buccinorum** obseruantur. Nec omittam recens detectum **Caolinum**.

Planities denique fere dimidium sibi vindicat Praefecturae ad meridiem fera-
cissima , et irrigua , quae etiam si primo
intuitu praediorum possessoribus arridere
unice videatur ob immensam satorum **Ory-
zae** , et frumenti cujuscumque generis , et
pratorum , et **Lini** copiam , eadem nihilo
minus botanices amatoribus non est infe-
cunda ; nam glareosa superius cretacea
in medio , inferius sabulosa , multiplicem
alit vegetabilium varietatem ; praeterquam
quod ad planitiem pertinent ericeta Bru-
ghiere , quae a Campolato , Gambolò , ad
Ticinum extensa , et in eminentiori flu-
minis ripa continuata **Burgummanerium** ,
Borgomanero , usque procurrunt ; pertinent
etiam eae veluti valles , quas soli decli-
vitas **Ticino** , et **Pado** appropinquanti ne-
cessario efficit sub vernaculo nomine Val-
le del Ticino , Valle del Po ; pertinent val-
liculae ab Aconia , Terduplo , seu **Terdu-**

vio, il Terdoppio, aut Terdobbio, et Albonea, l' Arbogna, planitiam intersecantes efformatae. Hisce in vallibus, et ericetis vegetabilium copia, et varietas loci extensionem valde superat, praecipue in vallicula Alboneae, rivi ignobilis, et lutulentis Novaria Mortariam, ultraque pigre defluentis.

Quae cum ita sint, quis non videt in Aconiensi Praefectura non deesse regiones septentrionales, ubi glacies, nivesque perennes conservantur, ex quibus descendit ad temperatores, sicuti ad Lacus Verbani, et Cusii? Nec inolescere recusant in planicie fere omnes Carolinae, Virginiae, et Pensilvaniae Plantae, non secus ac in natali solo.

Nec dubitem asserere permulta vegetabilia apud nos crescere, praeter descripta, inobservata; etenim singulis anni temporibus in iisdem locis opporteret naturam sequi, quippe Aconiae provincia latissime patens variis plagis maxime in alpibus gaudet, quam quod valeant hominis vires

singula scrutando complecti. Caeterum adeo natura in hac pulcherrima parte ludit, ut semper aliquid novi servet, quo sui amantes iterum non sine praemio alliciat.

Hic vero inter alios quibus te laudibus efforam, dulcis, et fidissime Amice Jacobe Antoni Carestia, qui dum in majori Novariae Nosocomio Chirurgicis curationibus, prudenti, et certa manu publicam promereris laudem, vegetabile regnum scrutari non omittis? Etenim singulis annis vix in patriam tuam reversus praeruptas consenseris rupes, vallesque Sessitis percurris, atque in primis nivosum montem Rosa, illicique proximum, ut ita dicam, filium excelsum Turlum, il Turlo, omnigena vegetabilia, et mineralia colligis, mihiique lubente animo porrigis.

Coeterum non ignarus novas in dies species, et genera jam notis addi, et de jam repertis quanta sit opinionum discrepantia, cumque ea in urbe vivam, in qua hac de scientia perquam tenuis suppetit librorum copia, meis ipse viribus non satis

fidens, hujus scientiae praeclarissimorum virorum usus sum opera, qui libenter mihi suam obtulerunt opem ad species exactius statuendas, omniaque dubia declaranda; quorum suffultus praesidiis, adgressus sum opus, certus de stirpium singularum natali solo, etenim maxima ex parte propriis collegi manibus, non nullas ab amicis certissimae fidei accepi, securus de earum caractere essentiali, ut merito confidam fore, ut laborem, et diligentiam meam bonam in partem accipient herbariae rei Amatores.

Linnaeum secutus in stirpibus per ordinem redigendis, classium ejusdem auctoris enumerationem praemisi, quibus singulos generum, et specierum characteres opposui ex Wildenowio desumptos, vel ex Murayo, aliisque auctoribus. In Cryptogamia Lichenum genus juxta methodum clarissimi Acharii ordinavi.

Unicuique stirpi, quo ad fieri potuit, optimam penes alios auctores iconem impressam assignando indigitavi.

*Loca natalia, ubi frequentior est una-
quaeque species, tantum indicavi.*

*Italica adjeci nomina, exemplum secu-
tus recentiorum Botanices cultorum, ad-
mittendo jam accepta, vel in italum ser-
monem latina vertendo. Vernacula quo-
que adjunxi magis nota, quamvis parvi
momenti; etenim non solum variant in
singulis regionibus, sed eodem in loco a
diversis diversimode appellantur.*

*Plantas oeconomicas jam in Flora Eco-
nomic a evulgatas ita * designavi; medicas
vero † notavi; quae ambabus gaudent vir-
tutibus, eas geminis signis * † indicavi.*

CLASSIUM CHARACTERES.



1. Monandria. Stam. unicum in flore hermaphrod.
2. Diandria Duo.
3. Triandria Tria.
4. Tetrandria Quatuor.
5. Pentandria Quinque.
6. Hexandria Sex.
7. Heptandria Septem.
8. Octandria Octo.
9. Enneandria Novem.
10. Decandria Decem.
11. Dodecandria . . . Duodecim ad novemdecim.

12. Icosandria . . . Mariti viginti , saepe plures ad stamina (non receptaculo) sed calycis lateri interno adnata.
13. Polyandria. Stamina receptaculo iuxta a viginti , ad centum , in eodem , cum pistillo , flore.
14. Didynamia. Stamina quatuor , duo reliquis longiora
15. Tetrodynamia. Stamina sex , quorum quatuor longiora , duo autem opposita breviora.
16. Monadelphia. Stamina filamentis in unum corpus coalita.
17. Diadelphia. Stamina filamentis in duo corpora connata.
18. Polyadelphia. Stamina filamentis in plura corpora coalita.
19. Syngenesia. Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.
20. Gynandria. Stamina pistillis (non receptaculo) insident.
21. Monoecia. Flores masculi , ac foeminei in eadem planta sunt.

22. Dioecia. Flores masculi in diversa plan-
ta a foemineis.
23. Polygamia. Flores hermaphrodit, et ma-
sculi, aut foeminei in eadem specie.
24. Cryptogamia. Flores intra fructum, vel
singulari modo occultati.



UT CLASSES a maribus, seu staminibus; ita ORDINES a foemineis, seu pistillis desumuntur. In classe autem *Syngenesiae* a caeteris differunt ordines, e. g.

MONOGYNIA, DIGYNIA etc. idest Pistillum 1.
2. etc. Numerus hic pistilli desumitur a basi styli; si stylus autem deficiat, a numero stigmatum calculus fit.

POLYGAMIA AEQUALIS, ubi flores ex multis flosculis, staminibus, ac pistillis instructis con-
stant.

POLYGAMIA SUPERFLUA. Cum flores disci her-
maphrodit stigmate instruuntur, et semina proferunt; flores vero foeminei radium con-
stituentes pariter semina proferunt.

POLYGAMIA FRUSTRANEA. Ubi flores disci hermaproditi stigmate instruuntur, et semina proferunt. Flosculi vero radium constituentes, ob defectum stigmatis, semiua proferre nequeunt

POLYGAMIA NECESSARIA. Ubi flores hermaproditi ob defectum stigmatis pistilli semina perficere nequeunt; flores autem foeminei in radio, semina perfecta proferunt.

POLYGAMIA SEGREGATA. Ubi plures calyculi, a communi calyce comprehenduntur, ut unicum florem, vel simul juncti receptaculum commune constituant, hinc distinguitur non a sexu, sed a calyce, et receptaculo.



C L A S S I S I.

MONANDRIA MONOGYNIA.

1. Hippuris. *Hippure.*

Cal. superus: margo bilobus: cor. 2.

HIPPURIS VULGARIS.

Foliis stellatis, plurimis linearibus acutis. Fl. Dan. 78.

Aquis lente fluentibus, praesertim vallis Ticini frequens.

D I G Y N I A.

Callitrichie. *Callitrica.*

Cal. o.: cor. 2. petal.: capsul. 2. locular.

CALLITRICHIE VERNA.

Foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis. Fl. Dan. 129.

Aquis stagnantibus, et lente fluentibus vulgaris. *Folia omnia integerrima.*

CALLITRICHIE AUTUMNALIS.

Foliis omnibus linearibus apice 2-sidis, flo-

ribus hermaphroditis. Gmel. Sibir. 5. p. 13^o
n.^o 5. t. 1. f. 2.

Aquis lente fluentibus, praesertim fontanis
frequens. Autumno floret.

CALLITRICE INTERMEDIA.

Foliis superioribus ovalibus caulinis linearibus
apice 2-fidis.

Aquis fontanis S. Petri di Mosezzo hanc
stirpem copiosam vidi simul cum verna, et
autumnale crescentem, foliis superioribus. Cal.
vernac, inferioribus autumnalis; ita ut hybri-
dam speciem semper dixi.





C L A S S I S II.

D I A N D R I A M O N O G Y N I A.



Ligustrum. *Ligusto.*

Cor. 4-fida Bacca 4. sperma.

⁹ LIGUSTRUM VULGARE.

Foliis lanceolatis acutiusculis, panicula coarctata.

Ligusto levistico ec.

Ad sepes: nec deficit circa urbem. *Frutex.*

Syringa. *Siringa.*

Cor. 4-fida. Caps. 2-loocularis,

SYRINGA VULGARIS.

Foliis ovato-cordatis.

Ad montes di *Varallo* copiosa crescit ut pro indigena habeatur. *Vern. Lillà et Serene.*

Circae. *Circea.*

Cal. 2. phyllus: cor. 2. petala: obcordata,

CIRCEA LUTETIANA.

Caule erecto, foliis ovatis, subserratis, hirsutis. Fl. Dan. 256.

In umbrosis luis pilis frequens, ubi variat colore albo.

CIRCAEA ALPINA.

Caule ramosissimo cespitoso, foliis cordatis, dentatis, nitidis, glabris. Fl. Dan. 210.

Lecis subalpinis umbrosis frequens, uti ad *Baveno*, *Fariolo* ec.

Veronica. *Veronica*.

Cor. 4. fida: limbo planiusculo: lacinia inferiore angustiore: capsul. 2. locul.

VERONICA SPICATA.

Spica terminali, foliis oppositis, crenatis, obtusis, caule adscendente simplicissimo. Fl. Dan. 52.

In pascoli della *Baima d'Allagna* obser-
vavit *Carestia*.

† * VERONICA OFFICINALIS.

Spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis obovato-subrotundis, pilosiss., annuis, caule procumbente hirsuto. Fl. Dan. 248.

Veronica Maschio. Matt.

In umbrosis collum vulgaris.

VERONICA BELLIDIOIDES.

Corymbo terminali, caule adscendente, sim-
plici diphylo, foliis obtusis, crenatis, calyci-
bus hirsutis. Hall. helv. t. 15. f. 1.

In circumdariis *d' Allagna* caule nudum
diphylo.

VERONICA FRUTICULOSA.

Racemo terminali multifloro, foliis lanceolatis,
obtusiusculis subdenticulatis, calycinis foliolis

acutis, canibus fruticulosus. Hall. helv. n.^o 55. t. 16.

Rupibus alpinis praesertim *de Sempione* frequens.

VERONICA ALPINA.

Corymbo terminali, foliis oppositis oblongo lanceolatis acutis, dentatis, calycibus hispidis. Fl. Dan. 16.

Nil frequentius in alpibus, ubi specimen collegi foliis acutis, et obtusissimis semper dentatis, etiam in eadem stirpe.

VERONICA SERPILLIFOLIA.

Racemo terminali subspicato, foliis ovatis, glabris crenatis. Fl. Dan. 492.

In pratis, et pascuis frequens.

VERONICA BECCABUNGA.

Racemis lateralibus, foliis ovatis, planis, caule repente. Fl. Dan. 511.

Aquis puris fluentibus frequens.

VERONICA ANAGALLIS.

Racemis lateralibus, foliis lanceolatis serratis, caule erecto. Fl. Dan. 90.

Aquis puris, et fontibus vulgaris, ubi foliis ovatis saepe variat. cum praecedente vocatur ab Italis *Beccabanga*.

VERONICA SCUTELLATA.

Racemis lateralibus alternis, pedicillis pendulis, foliis linearibus integerrimis. Fl. Dan. 209.

Ad argines oryzarum praesertim *di Obbiate* abundat.

VERONICA TEUCRIUM.

Racemis lateralibus longissimis, foliis ovatis, rugosis, dentatis obtusiusculis, caule procumbente.

In pratis del Margozzolo frequens.

* VERONICA CHAMAEDRYS.

Racemis lateralibus, foliis ovatis sessilibus, rugosis, dentatis, caule debili. Fl. Dan. 448.

In umbrosis vulgarissima.

VERONICA AGRESTIS.

Floribus solitariis pedunculatis, foliis cordatis petiolatis, caule pubescente. Fl. Dan. 449.

In agris ubique, ubi variat flore caeruleo, et albo.

VERONICA ARVENSIS.

Floribus solitariis, et foliis cordatis inensis, pedunculo longioribus. Fl. Dan. 515.

In arvis vulgarissima,

* VERONICA HEDERIFOLIA.

Floribus solitariis, foliis cordatis planis, quinque lobis, pedunculo brevioribus, calycinis ovatis. Fl. Dan. 428.

In campis circa urbem vulgaris, ubi variat flore albo, et pedunculis, folio longioribus.

VERONICA FILIFORMIS.

Floribus solitariis, foliis cordatis crenatis, pedunculo brevioribus, calycinis lanceolatis.

Cum praecedente crescit praesertim in hortis, *foliis nundum 5-lobis*.

VERONICA TRIPHYLLOS.

Floribus solitariis pedunculatis, foliis digitato-partitis, caule patulo. Fl. Dan. 627.

In campis circa urbem frequens.

VERONICA VERA.

Floribus solitariis subsessilibus, foliis digitato-partitis, caule stricto, pedunculis, calyce, brevioribus. Fl. Dan. 252.

In arvis *della Bicocca* huius urbis vulgaris.

VERONICA ACINIFOLIA.

Floribus pedunculatis solitariis, foliis ovatis, glabris, crenatis, caule erecto subpiloso. Boc. Mus. 2. f. 102.

Circa Novariam in locis umbrosis *della Bicocca*, ubi et Ver. praecox Schmidt. occurrit foliis cordatis, profunde dentatis.

Gratiola. *Graziola*.

Cor. 4-fida bilabiata resupinata: stam. 4. duo sterilia: capsula 2. locularis.

‡ * GRATIOLA OFFICINALIS.

Foliis lanceolatis, serratis, floribus pedunculatis. Fl. Dan. 365.

Pratis uliginosis, et oryzis, vulgo *Graziola officinale*.

Pinguicula. *Pinguicola*.

Cor. ringens calcarata: cal. 5-fid.: capsula unilocularis.

* PINGUICULA VULGARIS.

Nectario conico recto longitudine petali, labio superiore bilobo. Fl. Dan. 95.

Ad radices alpium locis irriguis frequens, ubi appellatur *Erba olearia*.

PINGUICULA ALPINA.

Nectario subulato reflexo, petalis breviore. Fl. Dan. 455.

Ad montem *Moro*, et *Rosa* frequens.

Utricularia. Otricolaria.

Cor. *ringens calcarata*: calyx 2-phyllo: capsula
unilocularis.

UTRICULARIA VULGARIS.

Nectario conico, scapo paucifloro. Fl. Dan. 158.

In oryzis praesertim *di Obbiate* copiosa.

UTRICULARIA MINOR.

Nectario carinato. Fl. Dan. 128.

In oryzis rarissime occurrit: praecacteris in-
veni illis *di Nibbia*, Proh ec.

Verbena. *Verbena*.

Cor. *subaequalis*: calyx lacinia suprema breviore.

† * VERBENA OFFICINALIS.

Tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, fo-
liis multifido-laciatiis, caule solitario. Fl. Dan.
628.

In ruderatis ubique.

Lycopus. *Licopo.*

Cor. *4-fida subaequalis*: cal. lacinia suprema
breviore.

*** LYCOPUS EUROPAEUS.**

Foliis sinuato-serratis.

Marubio aquatico volg.

Secus fossas frequens.

LYCOPUS EXALTATUS.

Foliis basi pinnatifido-serratis.

Juxta oryzas di Obbiate semper collegi.

Suffrenia. *Suffrenia*.

Cul. o. : corolla calycina monopetala 4-fida ; foliolis ovatis acutis aequalibus ; stamina corolla breviora ; antherae capitatae , germen superum subrotundum ; stylus simplex , stigma capitatum , capsula unilocularis bivalvis.

SUFFRENIA FILIFORMIS.

Caulis filiformis, ramosus, humifusus radicans, folia inferiora subsessilia, ovata, opposita, internodiis remotioribus; superiora perfecte sessilia, internodiis proximioribus, flores sessiles, parvi sub flavi opposite dispositi, ad axillas foliorum unus utrinque. Bellardi stirpes Nov. t. 1. fig. 1.

In oryzis vulgatissima ubi *calyx 2-phyllo*, *ad basim corollae nectaria quatuor pulcherrime coccinea*; *flores hyalini*, raro *albidi*; *caule erecto, simplici, non saepe ramoso*; *autumno tantum procumbente, folia ovato-lanceolata*.

Salvia. *Salvia*.

Cor. ringens filamenta transverse pedicellata.

* **SALVIA PRATENSIS.**

Foliis cordato-oblongis crenatis, summis amplexicaulis verticillis subnudis, corolla galea

glutinosis. Moris hist. 5. p. 395. s. 11. t. 15.
fig. 10.

Salvia da prato vernacule.

Ubique in pratis ubi variat flore caeruleo,
albo, rubro, et variegato.

SALVIA GLUTINOSA.

Folis cordato-sagittatis, serratis, acutis. Mo-
ris hist. 5. p. 594. s. 11. t. 15. fig. 18.

In umbrosis collium frequens, nec deside-
ratur circa Novariam *alla Vesca*.

D I G Y N I A.

Anthoxanthum. *Antosanto.*

Calyx gluma 2-valva, 1-flora: cor. gluma 2-valva
acuminata aristata.

ANTHOXANTHUM ODORATUM.

Spica oblonga, ovata, flosculis diandris subpe-
dunculatis, arista longioribus. Fl. Dan. t. 666.

In pratis frequens.



CLAS S I S III.

TRIANDRIA MONOGYN A.



Valeriana. *Valeriana*.

Cor. 5-fida basi gibba: semen unicunx.

VALERIANA DIOICA.

Floribus triandris dioicis, foliis pinnatis integrimis. Fl. Dan. 687.

Pratis uliginosis *di Prella*, et secus aqueductum *la Cerana* frequens. *Folia radicalia ovata, petiolata, flores sacpissime dioici.*

‡ VALERIANA OFFICINALIS.

Floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. Fl. Dan. 570.

Valeriana officinale. Valeriana silvestre.

In valle Ticini, etiam circa hanc urbem ad fossas occurrit.

‡ VALERIANA PHU.

Floribus triandris, foliis caulinis pinnatis radicalibus indivisis.

Valeriana maggiore, od ortense.

In rupibus vallis dictae *Canobbiana* unice inveni. *Folia infima integra sunt,*

VALERIANA TRIPTERIS.

Floribus triandris, foliis dentatis, radicalibus cordatis, caulinis ternatis ovato-oblongis.

In Montanis vulgaris.

† VALERIANA CELTICA.

Floribus triandris, foliis ovato-oblongis, obtusis, integerrimis.

Nardo celtico. Matt. spiga celtica officinale.

Alpibus della Strona supra il Forno; rupibus vallis di Formazza frequens.

VALERIANA SUPINA.

Floribus tetrandris, involucellis hexa phyllis, trifloris, foliis integris. Alt. fl. ped. t. 10. fig. 2.

Abundans in deciivibus montis Rosae, Mori, Tur i ec.

VALERIANA OLITORIA.

V. locusta, Fl. svec. 52. 56.

Floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis integerrimis, fructu nudo.

Propter la Cunetta frequens, ubi caule simplici, rarissime dichotomo crescit.

Polygnemum. Policnemo.

Cor. o.: Calyx 5-phyl.: subtus 5-phyl. semen 1.

POLYGNEMUM ARVENSE.

Triandrum, foliis subulatis, triquetris, caule diffuso.

In arvis praesertim di Gaglione, Cerano, ec.

Crocus. Croco.

*Cor. sexpartita erecto patula: stigmata convoluta
colorata.*

CROCUS VERNUS.

Stigmate 3-fido: corolla breviore erecto: foliis linearibus planis.

— Zafferano giallo, o falso.

Varietatem foliis latioribus, et corolla alba
saepe vidi in alpibus del Campello, et Ca-
restia in illis di Piana Fuseria observavit valle
siccida.

Iris. Iride.

*Cor. 6-partita; laciniis alternis reflexis;
stigma petaloideum.*

✗ * IRIS GERMANICA.

Corollis barbatis, caule foliis altiore, multi-
floro, floribus inferioribus pedunculatis.

Ad dirupta oppida collium frequens.

✗ IRIS PSEUD-ACORUS.

Corollis imberibus, petalis interioribus, stig-
mate minoribus, foliis ensiformibus. Fl. Dan.
494.

Acoro falso. Matt. Iride giallo vulg.

In aqueductibus oryzarum etiam illo della
Cunetta.

Schoenus. Scheno.

*Cor. o.: calyx paleis fasciculatis:
semen subrotundum.*

* SCHOENUS MARISCUS.

Culmo tereti, foliis margine, et dorso aculeatis.

Ad verbanum, ubi Ticinum oritur, abundant.

SCHOENUS NIGRICANS.

Culmo tereti nudo, capitulo ovato, involueri diphyllo, valvula altera subulata longa. Moris hist. 5. p. 255. S. 8. t. 10. f. 28.

In paludosis exsiccatis oryzarum vulgaris, ubi altitudine maxime variat a policari ad pedalem.

SCHOENUS ALBUS.

Culmo subtriquetro folioso, floribus fasciculatis, foliis setaceis. Fl. Dan. 520.

In paludosis vallis, Arbogna.

Cyperus. Cipero.

Cor. o.: calyx paleis distichis: semen nudum.

CYPERUS DISTACHYOS.

Culmo triquetro filiformi, basi folioso, spicis binis sessilibus, involucro brevioribus.

In uliginosis di Varallo, et praesertim di Scopa. Rara.

CYPERUS FLAVESCENS.

Culmo triquetro, nudo, umbella subcomposita triphylla, spicis confertis, lanceolatis, glumis obtusis. Moris hist. 5. p. 259. s. 8. t. 11. f. 57.

Secus vias oryzarum ubique.

CYPERUS FUSCUS.

Culmo triquetro, umbella composita triphylla, spicis linearibus confertis, glumis acutis, imbricatis. Fl. Dan. 179.

In fossis oryzarum rara, in illis *di Candia* frequens, ubi panicula diphylla, et triphylla nigricante, et farruginea variat.

CYPERUS GLABER.

Culmo triquetro nudo, laevi, umbella triphylla, floribus glomeratis, inferioribus brachiatis, foliis glabris.

In spongiosis lacus Cusii rara occurrit.

* **CYPERUS LONGUS.**

Culmo triquetro folioso, umbella foliosa supra decomposita, pedunculis nudis, spicis alternis. Jaçq. ic. rar. 2. t. 297.

In uliginosis vallis Ticini vulgo dicta *Lisce*, *Liscone*.

Scirpus. Scirpo.

Cor. o.: cal. paleis imbricatis: semen nudum.

* **SCIRPUS PALUSTRIS.**

Culmo tereti nudo, spica subovata terminali. Fl. Dan. 275.

In oryzis vulgaris, ubi coespitosus evadit, et altitudine a palmari ad bipedalem variat.

SCIRPUS CARICIS.

Culmo subtriquetro nudo, spica disticha compresso, involucro monophyllo.

Schoenus compressus. L. sp. plant. C5.

Carex uliginosa. L. fl. svec. 748. 856.

In paludoso lacu *di Finzaglio* unice inventi in planicie; ad radices montium ubique.

SCIRPUS COESPITOSUS.

Culmo striato nudo, spica 2-valvi terminali longitudine calycis, radicibus squamula interstictis. Moris. hist. 5. p. 555. t. 10. f. 55.

In Sylvis S. Petri *di Mosezzo* nec frequens.

SCIRPUS BAEOTHRYON.

Culmo striato nudo, spica bivalvi, glumis calycinis inaequalibus ovatis, obtusiusculis membranaceis, altera majore spica duplo breviore.

Fl. Dan. 167.

Nimis infesta oryzis, ubi et varietas Villarsii.

Fl. Delp. 2. p. 188. perfectae occurrit.

SCIRPUS OVATUS.

Culmo subcompresso, nudo filiformi, spica ovata terminali, nuda, floribus diandris. Moris. hist. 5. p. 555. s. 8. t. 10. f. 54.

In oryzis vulgaris, et infesta.

SCIRPUS ACICULARIS.

Culmo tereti nudo setiformi, spica ovata bivalvi, seminibus nudis. Fl. Dan. 287.

Cum praecedente minus frequens.

* **SCIRPUS LACUSTRIS.**

Culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus penduculatis terminalibus.

Cionco da Stoje volgare.

Ad oram lacus Verbani abundans, ubi sex-

pedalis evadit, et adura. Varietas minor non rara in stagnis validis Ticini.

SCIRPUS HOLLOWAYNUS.

Culmo tereti nudo, spicis subglobosis, glomeratis, pedunculatus, pedunculo diphylo inaequali mucronato. Fl. Dan. 454.

In pascuis subluminidis Ticini.

SCIRPUS SUPINUS.

Culmo tereti nudo, spicis sessilibus, in medio culmo glomeratis.

In pascuis uliginosis *di Vinzaglio*, et *Confienza*; ad lacus *Margozzo* frequens.

SCIRPUS TRIQUETER.

Culmo triquetro nudo, spicis subsessilibus, pedunculatisque mucronem aequantibus. Moria Hist. 5. p. 252. s. 8. t. 10. f. 20.

In fossis humidis oryzarum *di Candia*, *Fal-*
le, etc.

SCIRPUS MUCRONATUS.

Culmo triangulo nudo acuminato, spicis conglomeratis sessilibus lateralibus. Scheuchz Gram. 404. t. 9. f. 14.

In paludosis oryzarum *di Ponzana*, *Pel-*
trengo etc. frequens.

SCIRPUS SYLVATICUS.

Culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis. Fl. Dan. 507.

In fossis oryzarum frequens, etiam *alla Cu-*
netta huius urbis non desideratur, variat apud nos panicula umbellata divaricatissima.

SCIRPUS MICHELIANUS.

Culmo triquetro, capitulo globoso, involucro polyphylo longo. 2

In pascuis *di Candia* versus padum frequens: Valle Sessite in circumdariis *della Balma* collegit *Carestia*.

Eriophorum. *Erioforo*.

Cor. o.: calyx paleis imbricatis: semen lana cinctum.

* ERIOPHORUM VAGINATUM.

Culmis vaginatis teretibus, spica cariosa. Fl. Dan. 256.

In pratis uliginosis *di Gattico*, *di Prato* etc. frequens; alpes usque adscendit.

* ERIOPHORUM POLYSTACHION.

Culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis. Vaill. paris. t. 16. f. 2.

In uliginosis alpium frequens.

ERIOPHORUM ANGUSTIFOLIUM.

Culmis foliosis teretibus, foliis caniculato-triquetris, spicis pedunculatis erectis.

In uliginosis *del Piano Fariolo* ego frequentem: vidi, ex *Scopæ* retalit *Carestia*.

* ERIOPHORUM ALPINUM.

Culmis nudis triquetris, spica pappo breviori. Fl. Dan. 620.

Ad Turlum collegit Amicus *Carestia*.

Nardus. *Nardo*.

Cal. o.: cor. 2-valvis: semen tectum.

NARDUS STRICTA.

Spica setacea, recta secunda. Scherb. grana 65. t. 7.

In pascenis arenosis frequens.

NARDUS ARISTATA.

Calycibus aristatis. Vill. delph. 2. p. 58. t. 2.

In pascuis sterilibus Vallis Sessitis, et Osulae vulgaris.

DIGYNIA.

Leersia. *Leersia.*

Cal. o.: Cor. 2-valvis clausa.

LEERSIA ORYZOIDES.

Phalaris oryzoides lin.

Panicula effusa, spiculis triandris patulis, glumis carina ciliatis.

In fossis oryzarum *di Rivoltella, Valle, et Candia* nec rara.

Phalaris. *Falaride.*

*Cal. 2-valvis, valvis carinatis aequalibus,
corollam inobtusibus.*

PHALARIS ASPERA.

Panicula mutica cylindrica spiciformi, glumis calycinis carinatis, superne gibbis, corolla bivalvi glabra.

Phleum viride all. Fl. ped.

Phleum asperum villars. Delphin 2. p. 61. t. 2. f. 4.

In sepibus di Cerano frequens.

PHALARIS UTRICULATA.

Panicula ovata spiciformi, glumis calycinio
navicularibus, dorso dilatato, arista receptac-
uli glumis longiore.

In pratis siccis vulgaris.

Panicum. *Panico.*

Cal. 3-valvis, tertio dorsili minore.

PANICUM VERTICILLATUM.

Spica verticillata, racemulis quaternis, involu-
cellis unifloris, bisetis, culmis diffusis.

In aggeribus, et fossis oryzarum infestissi-
ma, ubi variat spicis longissimis 5. 4. 6. 8.
deorsum secundis, pendulis, setis etiam lon-
gitudine policis, villosis, ita ut distincta spe-
cies appareat. Vulgo *Pabbio* dicitur.

PANICUM GLAUCUM.

Spica tereti, involucellis 2-floris fasciculato-pi-
losis, seminibus undulato-rugosis.

In arvis sabulosis versus Ticinum, Aco-
niam ec. frequens. Semina striis undulatis no-
tata.

PANICUM VIRIDE.

Spica tereti-involucellis 2-floris fasciculato, pi-
losis, seminibus nervosis. Moris hist. 5. p. 159.
s. 5. t. 4. f. 10.

In pratis. Semina glabra, rarissime cum ter-
tia gluma observavi, quae potius in stirpibus
oryzis crescentibus, quam alibi uotavi.

PANICUM CRUSGALLI.

Spicis alternis, et conjugatis, spiculis subdi-

visis, glumis aristatis hispidis, rachi quinqueangulari. Moris. hist. 5. p. 189. s. 8. t. 4. f. 15. 16.

In fossis oryzarum, et ipsis oryzis infesta, ubi spica pedalis evadit. Vulgo *Pubbione* appellatur.

PANICUM BURMANNI.

Spicis subquaternis remotis secundis, simplicibus, florum glumis binis, exterioribus aristatis. Ard. Spec. 2. p. 14. t. 4.

In umbrosis collum praesertim *di Romagna*.

PANICUM BIRTELLUM.

Spica composita, spiculis adpressis alternis, calycibus geminis, valvulis omnibus arristatis, extima longissima.

Ad oras Sylvarum Ossulae.

PANICUM SANGUINALE.

Spicis digitatis basi interiore nodosis, flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. Fl. Dan. 588.

Sanguinella Matt.

In arvis, et pascuis ubique.

PANICUM DACTYLON.

Spicis digitatis patentibus, basi interiore villosis, floribus solitariis, sarmentis repentibus. Moris. hist. 5. s. 8. t. 5. f. 4.

Nimis frequens, et cognita sub vulgari nomine *Gramegna*. A *Triticò repente* distinguenda.

Phleum. *Fleo.*

Cal. 2-valv. : truncatus , mucronatus , sessil.

PHLEUM PRATENSE.

Spica cylindrica longissima ciliata , culmo erecto. Moris. hist. 5. p. 188. s. 8. t. 4. f. 1.

In pratis siccis *dell' Arbogna* , vern. *Coda di Ratto* appellatur.

PHLEUM ALPINUM.

Spica ovato-cilindracea. Fl. Dan. 215.

Pratis subalpinis , et illis circa Novariam
alle Mura vulgare.

PHLEUM GERARDI.

Spica subrotunda , glumis ciliatis , culmo simplici , foliorum vaginis ventricosis.

In pratis alpium *di Formazza.*

PHLEUM NODOSUM.

Spica cylindrica , culmo adscendente , foliis obliquis , radice bulbosa. Fl. Dan. 580.

In pascuis alpinis , et montanis vulgo *Coda di Topo.*

Alopecurus. *Alopecuro.*

Cal. 2-valvis , cor. 1-valvis , apice simplici.

* ALOPECURUS PRATENSIS.

Culmo spicato erecto , glumis villosis , corollis muticis.

In pratis radice perenni. *Coda di Volpe vulgo.*

ALOPECURUS AGRESTIS.

Culmo spicato erecto, glumis laevibus.

In agris, et pratis radice annua.

ALOPECURUS GENICULATUS.

Culmo spicato infracto, corollis muticis. Fl.

Dau. 56*1*.

In pratis frequens.

Milium. *Miglio.*

Cal. 2-valvis: valvulis ventricosis: corolla majoribus subaequibus.

MILIUM EFFUSUM.

Floribus paniculatis dispersis, muticis.

Moris hist. 5. s. 8. t. 5. f. 10.

In sylvis Ticini praesertim Campolati occurrat.

Agrostis. *Agrostide.*

Cal. 2-valvis: valvis acutis, corollae brevioribus.

AGROSTIS SPICAVENTI.

Petalo exteriore, arista recta stricta, longissima, panicula patula.

In agris.

AGROSTIS INTERRUPTA.

Petalo exteriore aristato, panicula attenuata, coarctata, interrupta. Vail. 88. t. 71. f. 4.

In pascuis Ticini vulgaris.

AGROSTIS PANICEA.

Panicula subspicata, ramis, et ramulis fascicu-

Jatis, valvulis calycinis, alteraque corollina arista, corollina brevissima, *alopecurus panicus*. L. SP. pl. 75.

In sabulosis *Campolati* versus *la Garbana* occurrit rara.

AGROSTIS ARUNDINACEA.

Panicula oblonga, petalo exteriore, basi villosa, arisiaque torta, calyce longiore.

Secus aqueductus vallis Ticini frequens.

AGROSTIS CALAMAGROSTIS.

Panicula incrassata, petalo exteriore toto lato, apice aristato, culmo ramoso.

Ad torrentes collum frequens; in aqueductibus vallis Ticini rara.

AGROSTIS SEROTINA.

Panicula flosculis oblongis, mucronatis, culmo obtecto, foliis brevissimis.

In pascuis calidioribus collum, etiam in ericetis Burgimaneri.

AGROSTIS RUBRA.

Paniculae parte florente patentissima, petalo exteriore glabro, arista terminali tortili recurva.

Pratis vallis *Arbogna* frequens.

AGROSTIS CANINA.

Calycibus elongatis, petalorum arista dorsali recurva, culmis prostratis subramosis. Fl. Dan. 161.

In pascuis *della Cunetta vulgaris*. Arista setacea alba, flosculo duplo, longiore recta; medio notata, geniculo fuso.

AGROSTIS ALFINA.

Foliis setaceis, panicula coarctata, calycibus hispidiusculis coloratis, petalo exteriore arista dorsali geniculata.

In summis alpibus frequens. *Glumae violaceae.*

AGROSTIS RUPESTRIS.

Foliis filiformi-setaceis, panicula patula, calycibus hispidiusculis patentibus coloratis, petalo exteriore arista dorsali geniculata, flore duplo longiore.

Rupibus montanis apricis.

AGROSTIS STOLONIFERA.

Paniculae ramiculis patentibus muticis, culmo repente, calycibus aequalibus. Fl. Dan. 564.

In pascuis, et pratis.

AGROSTIS CAPILLARIS.

Panicula capillari patente, flexuosa, calycibus subulatis aequalibus, glabris, coloratis, muticis.

Valle siccida, *alla Colma vulgaris.*

AGROSTIS ALBA.

Panicula laxa, calycibus muticis aequalibus, culmo repente.

In uliginosis collum.

AGROSTIS MINIMA.

Panicula mutica filiformi. Moris. hist. 5. p. 200. s. 8. t. 20. f. 10.

In pascuis primo vere ubique.

Ajra. *Ajra.*

Cal. 2-valvis: flosculi absque rudimento tertii.

AJRA SUBSPICATA.

Foliis planis, panicula spicata, flosculis medio aristatis, arista reflexa laxiore. Fl. Dan. 228.

Pratis Montis Rosae, Mori etc. rara.

* AJRA CESPITOSEA.

Foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis, et aristatis, arista recta brevi.

Secus Sessitem, et circa Novariam in pa-
scuis, et dumetis.

AJRA FLEXUOSA.

Foliis setaceis, culmis subnudis, panicula di-
varicata, pedunculis flexuosis. Fl. Dan. 157.

In rupibus vallis Sessitis collegit Carelia.

AJRA MONTANA.

Foliis setaceis, paniculo angustiata, flosculis
basi pilosis aristatis, arista tortili longiore.

In apricis alpium vulgaris.

AJRA PRAECOX.

Foliis setaceis, vaginis angulatis, floribus pa-
niculato-spicatis, flosculis basi aristatis. Fl.
Dan. 585.

In pascuis circa Domumossulae locis ardio-
ribus rara.

AJRA CARIOPHYLLEA.

Foliis setaceis, panicula divaricata, floribus
aristatis distantibus. Fl. Dan. 582.

In viis sabulosis Aconiae frequens.

Melica Melica.

Cal. 2-calv.: cor. ovata: valvis acutiusculis.

MELICA CILIATA.

Flosculi inferioris petalo exteriore ciliato.

In rupibus alpestribus Vallis Ossulae fre-
quens.

MELICA NUTANS.

Petalis imberibus panicula nutante simplici.
Fl. Dan. 962.

In sylvis collum, et illis *della Vesca* in
valle *Arbogna* prope urbem.

MELICA UNIFLORA.

Panicula rara, calycibus billoris, flosculo al-
tero centro, a tero hermaphrodito. Villar. Delph.
2. p. 90. t. 5. f. 3.

In sylvis cum praecedente.

MELICA CAERULEA.

Panicula coaretata, floribus cylindricis. Fl. Dan.
259.

In sylvis sterilibus *Aconiae*.

Poa. Poa.

Cal. 2-valvis: cor. oblonga: valvis mucronatis.

* POA AQUATICA.

Panicula diffusa, spicula sexfloris linearibus.

Moris hist. 5. p. 201. s. 8. t. 6. f. 25.

In fossis oryzarum.

POA ALPINA.

Panicula diffusa ramosissima, spiculis sexflo-
ris cordatis.

In pratis alpinis vulgaris.

POA LAXA.

Panicula contracta subracemosi, spiculis 5-flor-
is, basi, et dorso pubescentibus.

Pratis alpium di *Vegezzo* rara.

POA TRIVIALIS.

Panicula subdiffusa, spiculis trifloris, basi pu-
bescentibus, culmo erecto tereti.

In pratis siccis, et sylvis vulgaris; *panicula ramosissima*, et *ligula longissima distincta*.
Variat saepe apud nos spiculis 4-floris.

POA PRATENSIS.

Panicula diffusa, spiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. Leers. herb. n.^o 68, t. 6. f. 4.

In pratis ubique

Folia glabra ut culmus: vagina membranacea brevis obtusa obtruncata.

POA ANNUA.

Panicula diffusa, angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. Host. gram. p. 46. t. 64.

Ad vias ubique.

POA ERAGROSTIS.

Panicula patente, pedicellis flexuosis, spiculis serratis decemfloris, glumis trinerviis.

In pascuis arenosis, etiam circa hanc urbem frequens.

POA RIGIDA.

Panicula lanceolata subramosa secunda, ramulis alternis secundis.

Secus verbanum in aridis.

POA COMPRESSA.

Panicula coarctata secunda, culmo obliquo compresso.

Ad Ticinum, et ericetis *Burgimani*. *Flosculi saepe seni, vel quini.*

POA NEMORALIS.

Panicula attenuata, spiculis subbifloris mucronatis scabris, culmo incurvo. Host. gram. aust. 2. p. 51. t. 71.

In umbrosis collum.

POA BULBOSEA.

Panicula secunda patentia, cula spiculis 4-fo-
nis. Hist. gram. aust. p. 47, t. 65.

Paschis Ticini vulgaris.

POA CRISTATA.

Panicula spicata, calycibus subpilosis subqua-
drifloris pedunculo longioribus, petalis aristatis.
Hist. gram. Aust. p. 55, t. 75.

Ajra cristata Lin. sp. pl. 2. p. 24.

Ajra valesiana All. Var.

In glareosis Ticini, et Collium.

Briza. Briza.

Cal. 2-valvis: cor. ovata: valvis acutiusculis.

BRIZA MINOR.

Spiculis triangulis: calyce flosculis (7) longio-
re. Host. gram. 2. p. 22, t. 28.

In arvis circa Novariam.

BRIZA MEDIA.

Spiculis ovatis; calyce flosculis (7) breviore.
Fl. Dan. 258.

In pratis siccis.

BRIZA ERAGROSTIS.

Spiculis lanceolatis: flosculis viginti. Bar. icon.
rar. t. 45.

In agris ubique, ubi cum Poa eragrostide
confunditur.

Dactylis. *Dattile.*

*Cal. 2-valvis, valva majore, longiore,
compressa, carinata.*

DACTYLIS GLOMERATA.

Panicula secunda glomerata. Host. Gram. Aust.
p. 67. t. 94.

In cerealibus, et pratis. *Covetta vern.*

Cynosurus. *Cinosuro.*

Involutum monophyllum laterale, flos compositus.

CYNOSURUS CRISTATUS.

Bracteis pinnatifidis. Fl. Dan. 258.

In pratis.

CYNOSURUS ECHINATUS.

Bracteis pinnato-paleaceis aristatis. Host. Gram.
Aust. p. 67. t. 95.

In cerealibus nec rarus.

CYNOSURUS DURUS.

Spiculis secundis alternis sessilibus rigidis ob-
tusis appressis. Host. Gram. Aust. p. 53. t. 73.

In ericetis supra Ticinum uti a Romentino.

Ad vias frequens.

Festuca. *Festuca.*

Cal. 2-valvis: cor. oblonga: valvis mucronatis.

FESTUCA OVINA.

Panicula secunda coaretata aristata, culmo te-

tragono nudiusculo, foliis setaceis. Host. Gram. Aust. p. 60. t. 84.

In pascuis collum, et Ticini aridis frequens.

FESTUCA RUBRA.

Panicula secunda scabra spiculis sex floris aristatis, flosculo ultimo mutico, culmo semitereti.

In pratis alpium vulgaris.

FESTUCA PUMILA.

Panicula subaequali stricta paniciflora spiculis teretibus quadrifloris, glabris, subaristatis, foliis setaceis.

In alpibus praesertim siccidis frequens.

FESTUCA AMAETYSTINA.

Panicula flexuosa spiculis secundis inclinatis submuticis, foliis setaceis.

In pratis siccis vallis *Alboneae*, et collum frequens.

FESTUCA HETEROPHYLLA.

Foliis laxis, radicalibus setaceis, caulinis planis latioribus, panicula rara secunda, spiculis subsexfloris lanceolatis, glabris aristatis.

In summis alpibus *di Formazza* raram hanc stirpem collegi.

FESTUCA DURIUSCULA.

Panicula secunda oblonga spiculis sexfloris oblongis laevibus, foliis setaceis. Host. Gram. Aust. p. 59. t. 85.

In pratis.

FESTUCA MYURUS.

Panicula spicata, calycibus minutissimis muticis, floribus scabris, aristis longis. Host. L. C. p. 66. t. 95.

In pascuis Ticini.

FESTUCA SPADICEA.

Samera compressa: calyx monophyllus
emarcescens.

✳^{*} ULMUS CAMPESTRIS.

Foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus. Fl.
Dan. 651.

Vulgaris, et culta, et spontanea. Vernacule
Olmo.

Swertia. Sverzia.

Caps. 1-loocular. 2-valvis: cor. rotata: poris
5-nectariferis.

SWERTIA PERENNIS.

Corollis 5-fidis, pedunculis tetragonis subula-
tis, caule indiviso, foliis radicalibus, ovalibus.
Jacq. aust. t. 245.

In summis alpibus vallis di Vedro loco di-
cto alle Casere unice, et rara inveni.

Gentiana. Genziana.

Caps. 1-loocular. 2-valvis: cor. tubulosa indetermi-
nata.

✳ GENTIANA LUTEA.

Corollis subquinquesidis rotatis verticillatis,
verticillis subcymosis, calycibus spathaceis.
Barr. icon. p. 2. n.^o 7. ic. 65.

Genziana maggiore. Matt.

In pratis irriguis alpium frequens.

GENTIANA PURPUREA.

Corollis subquinquiefidis campanulatis, stricto-punctatis verticillatis, calycibus membranaceis spathaceis. Fl. Dan. 50.

In summis alpibus praesertim alla *Rosa vulgaris*.

GENTIANA PUNCTATA.

Corollis subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis, calycibus membranaceis truncatis. Jacq. Aust. 5. t. 28.

In pascuis *di Vogogna, Luzzogno, Scopas* etc. nec rara.

GENTIANA ASCLEPIADEA.

Corollis 5-fidis campanulatis oppositis axillaribus subsessilibus, foliis amplexicaulibus ova-to-lanceolatis. Barr. ic. 70.

In alpium vallis, praesertim *di Macugnaga, d' Antrona, della Strona* prope *il Forno* occurrit.

GENTIANA CRUCIATA.

Corollis 4-fidis hypocrateriformibus nudis verticillatis, sessilibus, caulis anciptibus, basi attenuatis. Jacq. Aust. t. 572.

In pratis alpinis praesertim vallis *di Vegezzo vulgaris*, nec desideratur in illis *del Margozzo*.

GENTIANA PNEUMONANTHE.

Corollis 5-fidis campanulatis acuminatis axillaribus, pedunculatis, foliis sublinearibus obtusis. Fl. Dan. t. 269.

Valle Sessite versus *Scopas, Carestia*. In pa-

scuis di Ara aliisque collibus, ego abundantem vidi.

GENTIANA ACALIS.

Corolla 5-fida campanulata, caulem quadrangularum subaequante. Barr. ic. 47. t. 5. f. 6.

In pratis alpinis editioribus vulgarissima, adeo varians foliis lanceolatis, ovatis, flore maximo caulem excedente.

GENTIANA Verna.

Corolla 5-fida infundibuliformis, foliis ovatis acutiusculis, radicalibus patentibus, caulinis majoribus. Jacq. obs. 5. p. 19. f. 71.

In paschis summarum alpium di Formazza di Macugnago etc. ubique.

GENTIANA UTRICULOSA.

Corollis quinquesidis hypocrateriformibus, calycibus carinato-alatis, foliis caulinis spathulatis. Barr. ic. 48. t. 22. f. 2.

In pratis subalpinis, sic ut in illis di Ornavasso non frequens.

GENTIANA BAVARICA.

Corolla 5-fida infundibuliformis, foliis ovatis obtusis radicalibus confertis imbricatis, caulinis minoribus. Villars. Delph. 2. p. 527. t. 10.

Summis alpibus di Scopa, di Rima collegit Carestia, in illis montis Moro, Turlo, mons-tis Crestese ego vidi.

GENTIANA CAMPESTRIS.

Corollis 4-fidis hypocrateriformibus obtusis, fauce barbatis, calycinis laciniis duabus maximis. Fl. Dan. 567.

Ex monte Rosa retulit Carestia.

GENTIANA GLACIALIS.

Corollis 4-fidis hypocrateriformibus, fance barbatis, caule interne ramoso, folioso. Jacq. Misc. t. 18. f. 5.

In editioribus jugis moutis *Rosa*, et *Turlo* rara occurrit.

Eryngium. *Eringio.*

Flore capitati: receptaculum paleaceum.

ER* ERYNGIUM CAMPESTRE.

Foliis radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. Fl. Dan. 55 $\frac{1}{4}$.

Eringio Montano. Matt.

In pascuis sterilibus, et ad viam *della Bicocca* hujus urbis ubique.

ERYNGIUM ALPINUM.

Foliis radicalibus cordatis, caulinis ternatis incisis, involucris spinoso-pinnatis ciliatis. Jacq. ic. t. 55.

In pascuis alpium praesertim in valle *del Mastalone.*

Sanicula. *Sanicula.*

Flores subumbellati abortivi: semina muricata.

SANICULA EUROPAEA.

Foliis radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus. Fl. Dan. 285.

In sylvis collinæ, et montium non rara.

Astrantia. Astrantia.

*Flores umbellati abortivi: invol. colorata:
semina rugosa.*

ASTRANTIA MAJOR.

Foliis quinque lobis, lobis trifidis. Lam. illust.
t. 191. f. 1.

In subalpinis frequens, nec deest in planitiis
a Lumellogno.

ASTRANTIA MINOR.

Foliis digitatis serratis. Lam. illust. t. 191.
f. 2.

In collibus praesertim *di Ameno, Miasino,*
vulgaris.

Bupleurum. Bupleuro.

*For. flosc. fertil.: petala involuta (plerisque
folia indivisa, seu involucella petaliformia).*

✿ BUPLEURUM ROTUNDIFOLIUM.

Involucris universalibus nullis, foliis perfoliatis. Riv. t. 45.

Inter segetes collium *di Lesa, et Belgirate*
occurrit.

Involutea ovata mucronata.

BUPLEURUM STELLATUM.

Involucellis coadunatis, universaliter triphylo. Hall. helv. n.^o 771. t. 18.

In pratis alpium ubique, altitudine maxime
varians.

BUPLEURUM GRAMINIFOLIUM.

Involucellis heptaphyllis, universali subtriangularibus, foliis radicalibus linearibus, scapis monophyllis. Villars. Delph. 2. p. 575. t. 14.

In alpibus di *Allagna Carestia*, ad montem *Crestesem* ego observavi.

BUPLEURUM ANGULOSUM.

Involucellis pentaphyllis orbiculatis, universali triphylio ovato, foliis radicalibus gramineis, caulinis ovato-lanceolatis amplexicaulibus.

In valle di *Vedria* supra *Varzo* ego. In circumdariis d' *Allagna* collegit *Carestia*.

BUPLEURUM FALCATUM.

Involucellis pentaphyllis acutis, universali subpentaphyllo, foliis lanceolatis, caule flexuoso. Jacq. aust. t. 158.

In cacuminibus montis *Cistella* rara.

BUPLEURUM CARICIFOLIUM.

Involucellis 5-phylis cuspidatis, universali monophyllo lanceolato, foliis linearibus, basi attenuatis. Villars. Delph. 2. p. 575.

In rupibus montis *Rosa* collegit amicus *Carestia*, ad montem *Cistella* mihi occurrit.

BUPLEURUM ODORETTES.

Involucellis 5-phylis acutis, universali triphylio, flosculo centrali altiore, ramis divaricatis.

In magna *Oscalae* valle, in vineis, et cerealibus frequens.

BUPLEURUM SANUCULOIDES.

Involucellis 5-phylis lanceolatis longioribus, universali triphylio, foliis caulinis lanceolatis.

In alpibus di *Scopæ Rossæ* etc. vulgare si-

enti in valle di Vigezzo. Involucelli 6. 7-phyl-
li saepe observantur.

Bupleurum GERARDI.

Caule erecto ramosissimo, foliis linearibus acu-
minatis, involucro pentaphyllo, involucellis
pentaphyllis linearis-subulatis, umbella longic-
ribus. Jacq. aust. 5. t. 256.

In paschis cretaceis della Bicocca prope
Novariam frequens.

Bupleurum JUNCEUM.

Caule erecto paniculato, foliis linearibus in-
volucris triphyllis longitudine umbella, invo-
lucellis pentaphyllis.

In agris di Gattico, et Dormeletto rari-
sime.

Tordylium. Tordilio.

Flores radiati, fertiles: involucrum simplex:
semina margine crenata.

TORDYLIUM MAXIMUM.

Umbellis confertis radiatis, foliolis lanceolatis
inciso-serratis. Jacq. aust. 142.

Ad sepes vulgare.

Caucalis. Caucalide.

Flores radiati abortivi: involucrum simplex:
semina muricata.

CAUCALIS GRANDIFLORA.

Involucris singulis pentaphyllis, foliolo unico
duplo majore. Jacq. aust. t. 54.

Ad vias collum, et in ericetis Ticini occurrit.

CAUCALIS DAUCOIDES.

Umbellis trifidis aphyllis: umbellulis trispermis, triphyllis. Jacq. aust. t. 157.

In collum arvis frequens.

CAUCALIS LEPTOPHYLLA.

Involucro universalis subnullo, umbella 2-fida, involucellis pentaphyllis. Moris. hist. 5. p. 505. s. 9. t. 14. f. 7.

In cerealibus sabulosis *di Cilavegna* rara, minus rara in illis *di Gambolò*.

CAUCALIS ANTHRISCUS.

Involucris polyphyllis, seminibus ovatis, stylis reflexis, foliis decompositis, foliolato extime linearie lanceolato. Jacq. aust. t. 261.

In ruderatis communis.

Daucus. Dauc.

Flores radiati abortivi: involucrum pinnatum: semina hispida.

† * DAUCUS CAROTTA.

Seminibus hispidis, petiolis subtus nervosis.

In pratis ubique. Vernacule *Carotta selvatica*.

*** DAUCUS MAURITANICUS.**

Seminibus hispidis, flosculo centrali, sterili, carnosio receptaculo, communi haemispherico.

Fl. Ped. t. 6. f. 1.

In pratis siccis vulgaris dicta *Carotta selvatica* cum praecedente.

Ammi. *Ammi.*

*Flores flosculis fertiles: involucrum pinnatum:
semina gibba laevia.*

† AMMI MAJUS.

Foliis inferioribus pinnatis lanceolatis serratis, superioribus multifidis linearibus.

In arvis, et ad vias sabulosas *della Lus mellina.*

Conium. *Conio.*

*Flores flosculi fertiles: petala cordata: sem. gibba:
costato sulcata! involucella dimidiata.*

† CONIUM MACULATUM.

Seminibus striatis. Jacq. aust. t. 156.

In ruderatis, et ad vias vulgare *Cicuta* yesatur.

Selinum. *Selino.*

*Flores flosculi fertiles: petala cordata: semina
depressa striata.*

SELINEUM CARVIFOLIA.

Caule sulcato acutangulo, involucro universaliter nullo, foliolis lanceolatis incisis, apice callosso-mucronatis. Fl. Dan. 667.

Ad radices collina di Grignasco, di Ara, nec raro.

SELINUM CHABRAEI.

Caule tereti striato, involucro universalis nullo, vaginis foliorum laxis, foliolis filiformi-linearibus. Jacq. aust. t. 72.

In silvis collibus abundans, nec desideratur in illis s. Petri *di Mosezzo*.

Athamanta. *Atamanta*.

Flores flosc. fertiles: petala cordata: semina convexa striata.

* ATHAMANTA LIBANOTIS.

Foliis bipinnatis planis, umbella hemisphaerica, seminibus hirsutis. Jacq. aust. t. 592.

In subalpinis *di Premosello*, et *al Margozzo*.

ATHAMANTA CERVARIA.

Foliolis pinnatis decussatis, inciso-angulatis, seminibus nudis. Jacq. aust. t. 69.

In collibus *di Gemme*, *Sizzano* etc. frequens.

† ATHAMANTA OREOSELINUM.

Foliolis divaricatis. Jacq. aust. t. 68.

In pascuis, et pratis siccis.

Penedanum. *Peucedano*.

Flores flosculi abortivi: involucrum simplex.: semina deppressa striata.

PEUCEDANUM ALSATICUM.

Foliolis pinnatifidis, lacinulis trifidis obtusiusculis. Jacq. aust. t. 70.

Circa oppidum, et ad vias della Bicocca
hujus urbis vulgatissimum.

Laserpitium. *Laserpizio.*

Flores flosculosi abortivi: petala cordata,
semina 4-alata.

✖ LASERPITIUM LATIFOLIUM.

Foliis oblique cordatis dentatis, dentibus mucronatis, seminum alis crispis. Jacq. aust. t. 146.

In sylvis montanis ubique.

LASERPITIUM PRUTENICUM.

Foliolis lanceolatis integerrimis, extimis coaititis. Jacq. aust. t. 155.

In nemoribus collum vulgare.

✖ LASERPITIUM SILER.

Foliolis ovali-lanceolatis, integerrimis, petiolatis. Jacq. aust. t. 145.

Valle di Strona ad radices montium raro occurrit.

LASERPITIUM HIRSUTUM.

Foliis supradecompositis hirsutis, foliolis multifidis, involucris polyphyllis, foliis margine membranaceis, apice ciliatis. Hall. hel. n.^o 795. t. 19.

In alpibus di Allagna Italiana collegit Carestia.

LASERPITIUM SIMPLEX.

Scapo nudo, aphyollo simplici, foliis pinnatis, multifidis, acutis, linearibus, umbella semi-globosa. Fl. ped. t. 71.

In summitatibus del Turlo collegit amicus
Carestia, ad montem Morum ego observavi.

Heracleum. Eracleo.

*Flores radiati abortivi : involucrum deciduum :
semina membranacea.*

† * HERACLEUM SPHONDIFOLIUM.

Foliis pinnatis, foliolis quinis, oblongis, pinnatifidis, acutis, dentatis, corollis subunitifloribus. Lob. ic. 705. f. 2.

In pratis nliginosis praesertim inter oryzas vulgare.

HERACLEUM ELEGANS.

Foliolis decussive pinnatifidis, dentatis. Crant. fasc. p. 155. t. 2. f. 1.

In pratis alpinis non raro, nec deest in illis di Baveno, et Piano di Fariolo.

Ligisticum. Ligustico.

Flores flosculi fertiles : petala involuta : involucra membranacea.

LIGUSTICUM AQVILEGIFOLIUM.

Foliis triternatis, foliolis trifidis dentatis, stylis divaricatis persistentibus. Fl. ped. 65.

In collinis di s. Cristina, di Cressa etc. locis umbrosis non frequens.

LIGUSTICUM AUSTRIACUM.

Foliis bipinnatis, foliolis conflucentibus incisis integrerrimis. Fl. ped. t. 45,

* 99 *

Ad radices alpium *di Rima*, *Rimella* col-
legit *Carestia*.

Angelica. *Angelica*.

Flores flosculi fertiles: petala p'auiscula,
umbellulae globosae.

✠ ANGELICA ARCANGELICA.

Foliorum impari lobato.

In circumdariis *di Allagna* observavit medi-
cus *Giordani*.

✠ ANGELICA SYLVESTRIS.

Foliolis aequalibus ovato-lanceolatis serratis.
Jacq. aust. t. 152.

Ad aqueductus praesertim secus la *Pel-
trenga* ubique.

Sium. *Sio*.

*Flores flosculi fertiles: petala cordata: semina
depressa striata.*

SIUM LATIFOLIUM.

Foliis pinnatis, umbella terminali. Fl. dan.
246.

In fossis oryzarum praesertim *di Vinzaglio*,
Confienza etc. vulgare.

SIUM ANGUSTIFOLIUM.

Foliis pinnatis, umbellis axillaribus, pedun-
culatis, involucro universalis pinnatifido. Fl.
dan. 247.

Ad fontium scaturigines ubique.

Oenanthe. *Oenante.*

Flores radiati abortivi radio: involucrum simplex,
semina coronata sessilia.

OENANTHE PEUCEDANIFOLIA.

Foliis caulinis pinnatis, radicalibus bipinnatis, foliolis linearibus.

In pratis pinguibus vallis Ticini.

Phellandrium. *Fellandro.*

Flores flosculosi sessiles: fruct. coronat.

PHELLANDRIUM AQUATICUM.

Foliorum ramificationibus divaricatis. Lob. ic. 755.

Secus aquaeductus praesertim oryzarum.

PHELLANDRIUM MUTELLINA.

Caule subnudo, foliis bipinnatis. Jacq. aust. 56.

In uliginosis alpium, praesertim loco dicto
alla Balma in valle Sessite nec rara.

Aethusa. *Etusa.*

Flores subradiati fertiles, involucella dimidiata.

***AETHUSA CYNAPIUM.**

Foliis conformibus. Lob. ic. 280.

In sepibus, et hortis perniciosa.

Scandix. *Scandice.*

Flores radiati abortivi: fruct. oblongis.

* **SCANDIX ODORATA.**

Seminibus sulcatis, angulatis, odoratis. Jacq.
aust. app. t. 57.

In pratis pinguibus del *Murgozzolo* unicam
inveni stirpem. Ad Turium coliegit *Carestaia*.

* **SCANDIX PECTEN.**

Seminibus, rostro longissimo, foliolis multisi-
dis. Jacq. aust. t. 265.

Inter segetes ubique.

Chaerophyllum. *Cerfoglio.*

Flores flosculosci abortivi: fruct. sublobosi.

* * **CHAEROPHYLLUM SYLVESTRE.**

Caule striato, geniculis tumidiusculis. Jacq.
aust. t. 149.

In pratis alpinis abundat, nec deest in um-
brosis hujus urbis.

CHAEROPHYLLUM HIRSUTUM.

Caule aequali, foliolis incisis, acutis, fracti-
bus biaristatis. Jacq. aust. t. 148.

In pratis prope *Crodo*, *valle Antigorio* uni-
ce observavi.

Imperatoria. *Imperatoria.*

Flores flosculi fertiles : umbella expansopiana.

✿ IMPERATORIA OSTRUTHIUM.

Foliis tripartito-divisis, et subdivisis.

Ad rivulos alpium frequens, nec deest in pratis *di Baveno*, et *Pian di Far iolo*.

Seseli. *Seseli.*

Flores flosculi fertiles : umbella rigidula.

SESELI MONTANUM.

Petiolis ramiferis membranaceis, oblongis integris, foliis caulinis angustissimis. Jacq. hor.

2. p. 59. t. 129.

In collibus *di Premosello* unice observavi.

Pastinaca. *Pastinaca.*

Flores flosc. fertiles : sem. depresso-plana.

✿ PASTINACA SATIVA.

Foliis simpliciter pinnatis.

In pratis humidis frequens.

Smyrnium. *Smirnio.*

Flores flosc. abortivi : sem. reniformia angulata.

SMYRNIUM PERFOLIATUM.

Foliis caulinis simplicibus amplexicaulis.

Valle *Sesia Carestia* collegit.

Carum. Caro.

Flores flosculi abortivi: sem. gibba striata.

CARUM CARVI.

Caule ramoso, vaginis foliorum ventricosis, involucro partiali nullo. Jacq. aust. t. 595.

In pratis siccis collium praesertim *di Chemie* frequens.

Pimpinella. Pimpinella.

Flores flosculi fertiles, umbella ante florescentiam nutante: petala cordata.

PIMPINELLA SAXIFRAGA.

Caule striato glabro, foliis pinnatis glabris, radicalibus foliolis subrotundis argente dentatis, caulinis bipinnatis linearibus. Fl. dan. 669.

In pratis, et pascuis vulgaris.

PIMPINELLA MAGNA.

Foliis uniformibus pinnatis, foliolis omnibus lobatis, impari trilobo. Jacq. aust. t. 596.

In pratis irriguis alpium vulgatissima.

PIMPINELLA DIOICA.

Pumila, umbellis numerosissimis compositis simplicibusque. Jacq. aust. t. 28.

Ex valle Sesia retulit Carestia.

Aegopodium. *Egopodio.*

Flores flosculosi fertiles : semina gibba striata.

* AEGOPODIUM PODAGRARIA.

Foliis caulinis summis ternalis. Fl. dan. 607.

Secus prata pingua uti a *Prella*, *Isarno* etc.
frequens.

PENTANDRIA TRIGYNYIA.

Rhus. *Rus.*

Cor. 5-petala : bacca 1-sperma.

* Rhus cotinus.

Foliis simplicibus obovatis. Duliam Arb. t.
t. 78.

Cottino Maut. Scottano volgare.

In circumdariis di *Varallo* observavit clar.
Allionius.

Viburnum. *Viburno.*

Cor. 5-fida : bacca 1-sperma.

VIBURNUM LANTANA.

Foliis cordatis, serratis, venosis, subtus to-
mentosis. Jacq. aust. t. 541.

In sylvis collium frequens.

* VIBURNUM OPULUS.

Foliis trilobis acuminato-dentatis, petiolis glan-
dulosis glabris. Fl. dan. 661.

Sambuco acquatico. Matt.

In sylvis Ticini, et secus aqueductum la
Mora vulgaris.

Sambucus. Sambuco.

Cor. 5-fida: bacca 5-sperma.

✖ * **SAMBUCUS EBULUS.**

Cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule her-
baceo.

Ebulo Matt.

In sylvis, et ad viam *della Biandrina vul-*
garis.

✖ * **SAMBUCUS NIGRA.**

Cymis 5-partitis, caule arboreo. Fl. dan. 545.

Ad sepes frequens, in subalpinis Ossulae
varietas laciniata occurrit. Vernacule *Sambuco.*

SAMBUCUS RACEMOSA.

Racemis compositis ovatis, caule arboreo. Du-
ham arb. 2. t. 66.

In alpinis praesertim vallis *d' Anzasca, et*
Formazza non frequens.

Alsine. Alsine.

Cor. 5-petala: caps. unilocularis: cal. 5-phyllo-
petala bifida.

✖ **ALSINE MEDIA.**

Petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. Fl. dan.
525. 458.

Ubique vulgo dicta Pavarascia.

PENTANDRIA TETRAGYNIA.

✚ Parnassia palustris. *Parnassia*.

Cor. 5-petala: caps. 4-valvis: nectaria 5-ciliato-
glandulosa. Pl. dan. 584.

In pratis spongiosis collum, frequens.

PENTANDRIA PENTAGYNIA.

Statice. *Statice*.

Cor. 5-partita: sem. 1.: calyce infundibuliforme
vestitum.

STATICE ARMERIA.

Scapo simplici capitato, foliis linearibus planis obtusis. Moris. hist. p. 601. s. 15. t. 1.
f. 29.

In pascuis subalpinis vulgaris altitudine varians.

STATICE CEPHALOTES.

Scapo simplici capitato, foliis oblongis planis acuminatis, basi attenuatis. Jacq. hort. t. 42.

Cum praecedente observatur praesertim in moutibus editioribus.

Linum. *Lino*.

Cor. 5-petal.: caps. 10-locularis: 2-sperma,

LINUM TENUIFOLIUM.

Calycibus acuminatis, foliis sparsis linearibus setaceis retrorsum scabris. Jacq. aust. t. 215.

In pascuis collium praesertim *di Boca*, et
Maggiora.

LINUM ALPINUM.

Calycibus rotundatis obtusis, foliis linearibus
acutiusculis, caulinibus declinatis. Jacq. aust. t.
521.

In saxosis alpium *di Vigezzo* non raro.

LINUM AUSTRIACUM.

Calycibus rotundatis obtusis, foliis linearibus
acutis rectiusculis. Jacq. aust. t. 48.

Ad montem *Rosa* collegit medicus Giordani.

✖ **LINUM CATHARTICUM.**

Foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule di-
chotomo, corollis acutis. Barbel. ic. 1165.
n.^o 1.

In pascuis praesertim *di Borgosesia*, et *Vau-*
rallo frequens.

Drosera. Drosera.

Cor. 5-petala: caps. 1-locularis: apice dehiscens.

✖ **DROSERA ROTUNDIFOLIA.**

Scapis radicatis, foliis orbiculatis. Lobel. ic.
811.

In spongiosis collium, et ad Lacum Cusii
vulgaris.

DROSERA LONGIFOLIA.

Scapis radicatis, foliis ovali oblongis. Barbel.
ic. 251. n.^o 11.

Cum precedente crescit, minus abundans.

Crassula. *Crassula.*

Cor. 5-partita: caps. 5-polypermae.

CRASSULA RUBENS.

Foliis fusiformibus subdepressis, cyma 4-fida
foliosa, floribus sessilibus, staminibus reflexis.

Decand. pl. gr. t. 55.

In arenosis collium vulgaris.

Sibbaldia. *Sibaldia.*

Cor. 5-petala: sem. 5-cal. 10-fidus.

SIBBALDIA PROCUMBENS.

Procumbens, foliis tridentatis. Fl. dan. 52.

In alpibus editioribus fere ubique.





C L A S S I S VI.

HEXANDRIA MONOGYNIA.



Galanthus Nivalis.

*Cor. supera 6-petala: petalis 5-interioribus,
brevioribus emarginatis. Jacq. aust. 550.*

In collinis vulgaris. In valle Ticini abundans.

Leucojum. *Leucojo.*

*Cor. supera 6-petala campanulata: stamina
aequalia.*

LEUCOJUM VERNUM.

Spatha uniflora, stylo elevato. Jacq. aust. 512.
In umbrosis collum, et pratis vallis Ticini.

Narcissus. *Narciso.*

*Cor. supera 6-petala: nectarium campanulatum
extra stamina.*

NARCISSUS POETICUS.

Spatha uniflora, nectario rotato brevissimo,
scarioso crenulato.

In pratis humidis, uti circa hanc urbem in
illis *della Cunetta*. Vern. *Gionchiglia*.

NARCISSUS PSEUDONARCISSUS.

Spatha uniflora, nectario campanulato erecto,
crispo acquante, petala ovata.

In pratis collium, praesertim ad Verbani
lacum.

Allium. *Aglio*.

Cor. infera 6-petala: petala ovata sessilia.

ALLIUM SPHAEROCEPHALON.

Caule teretifolio umbellifero, foliis semitereti-
bus, staminibus tricuspidatis, corolla lon-
gioribus.

Ad rupes subalpinas vallis magnae Ossulae
vulgare.

ALLIUM DESCENDENS.

Caule subteretifolio umbellifero, pedunculis
exterioribus brevioribus, staminibus tricuspi-
datis.

In montuosis, sed *alla Colma di Varallo*
vulgare.

ALLIUM VINEALE.

Caule teretifolio bulbifero, staminibus tricu-
spidatis. Lob. ic. 156.

In arvis praesertim *della Bicocca* hujus ur-
bis speciatim in secalinis.

ALLIUM SENESCENS.

Scapo nudo ancipiiti, foliis linearibus, subtus
convexus laevibus, umbella subrotunda, sta-
minibus subulatis.

In alpibus di Formazza loco dicto s. **Lorenzo** unice collegi.

ALLIUM ANGUSTIUM.

Scapo nudo auncipiti, foliis linearibus canaliculatis, subtus subangulatis, umbella fastigata. Jacq. aust. t. 425.

In pratis collum vulgare, abundat etiam in illis *del Boschetto* hujus orbis.

ALLIUM URSINUM.

Scapo nudo triquetro, foliis lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata. Fl. dan. 757.

In nemoribus collum praesertim circa *Gri-*
gnasco frequens.

ALLIUM SCHOENOPRASUM.

Scapo nudo adaequante, folia teretia subula-to-filiformia.

In pratis montanis frequens. In illis montis *Rosa* specimen pulcherrime roseum collegit *Carestia*.

Lilium. Giglio.

Cor. infera 6-petala: petalis basi canaliculato-
tubulosis.

LILIMUM BULBIFERUM.

Foliis sparsis, corollis campanulatis erectis,
intus scabris. Jacq. aust. t. 226.

In rupibus montanis sole expositis frequens.

LILIMUM MORTAGON.

Foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. Jacq. aust. t. 551.

In rupibus montanis praesertim ad *Più di Mullera* pulcherrime crescit.

Uvularia. *Uvularia.*

*Cor. infera 6-petala: basi fovea nectarifera
erecta.*

UVULARIA AMPLEXIFOLIA.

Foliis amplexicaulibus, cauleque glabris. Moris.
hist. 5. p. 557. s. 15. t. 4. f. 11.

In sylvis alpium, praesertim vallis *di Bu-*
gnanco, et *Antrona* vulgaris.

Erythronium Dens canis. *Eritronio.*

Cor. infera 6-petala reflexa: petalis basi 2-callis.
Jacq. aust. app. t. 9.

In sylvis collium, et vallis Ticini. Vernaculæ
Dente di Cane.

Tulipa. *Tolipano.*

Cor. infera 6-petala campanulata: stylus nullus.

TULIPA SYLVESTRIS.

Caule unifloro glabro, flore subnutante, peta-
lis acutis, apice barbatis, foliis lanceolatis. Fl.
dan. 575.

In pascuis *del Sempione* supra *Varzo* non
frequens.

Ornithogalum. *Ornitogalo.*

Cor. infera 6-petala: filam. alternis: basi dilatatis.

ORNITHOGALUM LUTEUM.

Scapo anguloso, basi monophyllo, foliis radicalibus linearibus, pedunculis umbellatis, glabris, petalis lanceolatis.

In arvis collium ubique.

ORNITHOGALUM MINIMUM.

Scapo angulato nudo, pedunculis umbellatis, subramosis pubescentibus, petalis aequalibus, lanceolatis, acutis.

In secalinis campis collium cum praecedente confusum, sed varietas potius dicenda *Lutei*.

ORNITHOGALUM UMBELLATUM.

Corymbo paucifloro, pedunculis bracteis longioribus, filamentis subulatis. Jacq. aust. 4. t. 55.

Ornitogalo terzo. Matt.

In cerealibus ubique.

ORNITHOGALUM PYRENAICUM.

Racemo longissimo, petalis linearibus obtusis, filamentis lanceolatis aequalibus, stylo longitudine staminum.

In pratis montanis uti al *Margozzolo* non frequens.

ORNITHOGALUM NARBONENSE.

Racemo oblongo, filamentis lanceolatis membranaceis, pedunculis floribusque patentibus.

Dodon. pempt. 222.

In summis collibus di *Maggiora*, et *Boca* potius rarum.

Scilla. Cipolla.

Cor. infera 6-petala decidua : filamenta filiformia.

SCILLA BIFOLIA.

Floribus racemosis, foliis lanceolato-linearibus
subbinis in scapo elevatis. Fl. dan. 568.

In nemoribus *di Armeno*, *Armeno* etc. abundat, uti et valle Ticini.

Asphodelus. Asfodillo.

Cor. infera 6-partita : nectarii valvulis
6-staminiferis.

‡ * ASPHODELUS RAMOSUS.

Caule nudo ramoso, pedunculis alternis, bractea longioribus, foliis ensiformibus carinatis laevibus. Clus. hist. 1. p. 196. f. 2.

Locis callidioribus collum abundat, uti et ericetis Ticini.

ASPHODELUS ALBUS.

Caule nudo simplici, pedunculis confertis longitudine bractearum, foliis linearibus carinatis laevibus. Clus. hist. 1. p. 197.

In saxosis *di Scopa* collegit *Carestia*, ad montem Crestesem, et alpibus *di Quarna inferiore* ego saepe vidi; nec deest in collibus *di Maggiora*.

Anthericum. Anterico.

Cor. infera 6-petala plana.

ANTHERICUM SEROTINUM.

Foliis planiusculis, scapo unifloro.

Ad viam del Sempione supra Varzo collegi.

ANTHERICUM RAMOSUM.

Foliis planis, scapo ramoso, corollis planis,
pistillo recto. Jacq. aust. t. 161.

In collibus, praesertim *di Maggiora*.

ANTHERICUM LILIAGO.

Foliis planis, scapo simplicissimo, corollis planis,
pistillo declinato. Fl. dan. 616.

In sylvis collium, praesertim *di Ameno* vulgaris,
ex alpibus *di Allagna* retulit quoque
amicus *Carestia*.

ANTHERICUM LILIASTRUM.

Foliis planis, scapo simplicissimo, corollis
campanulatis, staminibus declinatis.

In valle *di Antigorio*, loco dicto *Riva Alta*
crescit rupibus, circa *Allagna* collegit *Carestia*.

Asparagus. Asparago.

Cor. infera 6-petala: bacca 6-sperma.

*** ASPARAGUS OFFICINALIS.**

Caule herbaceo tereti erecto, foliis setaceis,
stipulis paribus.

In nemoribus, praesertim Ticini. Vulgaris
dicta *Spargio*.

Convallaria. *Convallaria.*

Cor. infera 6-fida: bacca 5-sperma.

^{} CONVALLARIA MAJALIS.

Scapo nudo laevi, foliis ovatis.

In sylvis collium. Vernacule *Mughette.*

CONVALLARIA VERTICILLATA.

Foliis verticillatis. Fl. dan. t. 86.

In rupibus *di Peccetto* valle *d' Anzasca* unice collegi.

^{} CONVALLARIA POLYGONATUM.

Foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipi-
ti, pedunculis axillaribus subunifloris. Fl. dan.
577.

Sigillo di Salomone officin.

In sylvis montium, et collium, nec deest
in illis *della Vesca* hujus urbis.

* CONVALLARIA MULTIFLORA.

Foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti,
pedunculis axillaribus multifloris. Fl. dan. 152.

Cum praecedente crescit.

CONVALLARIA BIFOLIA.

Foliis cordatis, floribus tetrandris. Fl. dan. 191.

In pratis editioribus alpium communis, nec
deest in umbrosis collium.

Hyacinthus. Giacinto.

Cor. infera 6-fida subcampanulata: stamina receptaculo inserta.

HYACINTHUS NON SCRIPTUS.

Coroliis campanulatis sex partitis, apice revolutis.

In sylvis collium, praesertim circa Verbanum non rara.

HYACINTHUS COMOSUS.

Corollis angulato-cylindricis, summis sterilibus longius pedicellatis. Jacq. aust. t. 126.

In arvis fere ubique.

HYACINTHUS BOTRYOIDES.

Corollis globosis uniformibus, inferioribus remotoribus, foliis strictis linearibus, basi angustatis canaliculatis. Lob. ic. 108. t. 1.

In collibus di Prato frequens.

HYACINTHUS RACEMOSUS.

Corollis ovatis, uniformibus confertis, summis sessilibus, foliis laxis dependentibus linearibus. Jacq. aust. t. 187.

In ericetis Ticini ubique.

Hemerocallis. Emerocalide.

Cor. infera 6-partita: stamina declinata.

HEMEROCALLIS FLAVA.

Foliis linearibus carinatis, petalis planis acutis, nervisque petalorum indivisis. Jacq. hort. t. 159.

In umbrosis vallis magnae Ossulae non frequens occurrit.

Juncus. *Giunco.*

Cal. 6-phyllo: caps. 1-loocularis.

* JUNCUS CONGLOMERATUS.

Culmo nudo stricto, panicula laterali coarctato-capitata. Leers herb. n.^o 561. t. 15. f. 1.

In uliginosis ubique.

JUNCUS EFFUSUS.

Culmo nudo stricto, panicula laterali effusa, floribus oblongis. Fl. dan. 1096.

Ad vias humidas ubique, varians panicula amplissima, vel minutissima accedens ad *juncum filiformem*.

JUNCUS GLAUCUS.

Culmo nudo glauco, apice inflexo, panicula laterali effusa, ramis elongatis, floribus acuminatis. Fl. dan. 1159.

In pratis spongiosis *di Prato* observavi.

JUNCUS FILIFORMIS.

Culmo nudo, filiformi nutante, panicula laterali. Leers. herb. n.^o 264. t. 15. f. 4.

In pascuis humidis, praesertim *s. Petri di Mosezzo* ubique.

JUNCUS TRIFIDUS.

Culmo nudo, foliis floribusque tribus terminibus. Fl. dan. t. 107.

In pascuis alpinis vulgaris.

JUNCUS SQARROSUS.

Culmo nudo, foliis setaceis, capitulis glomeratis aphyllis. Fl. dan. 450.

In uliginosis montanis, praesertim in pratis
del Forno, valle *Strona* non rarus.

JUNCUS NODOSUS.

Foliis nodoso-articulatis, petalis mucronatis.
Moris. hist. 5. p. 228. s. 8. t. 9. f. 15.

In *oryzis vulgaris*.

JUNCUS ARTICULATUS.

Culmo adscendente, foliis nodoso-articulatis,
compresso-teretiusculis, panicula composita,
foliolis calycinis aequalibus obtusiusculis. Fl.
dan. 1097.

Ad vias oryzarum ubique.

JUNCUS SYLVATICUS.

Culmo erecto, foliis nodoso-articulatis tereti-
bus, panicula supradecomposita, foliolis ca-
lycinis aristatis, interioribus longioribus. Mo-
ris. hist. 5. p. 527. s. 8. t. 9. f. 1.

In *spongiosis vallis Ticini* cum praecedente
saepe occurrit.

JUNCUS BULBOSUS.

Culmo compresso indiviso, foliis linearibus
canaliculatis, corymbo terminali, calycinis fo-
liolis obtusis, capsula sobrotunda, obtusa, bre-
vioribus. Fl. dan. 451.

In pascuis *Ossulae*, et *Sessitis* ubique, uti
et ad *Piano di Fariolo*.

JUNCUS BUFONIUS.

Culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus
solitariis sessilibus. Lob. ic. 18.

In campis, et viis humidis altitudine maxi-
me varians.

JUNCUS JACQUINI.

(Biglumis) folio subulato, capitulo sub-
quadrisfloro terminali. Jacq. aust. 5. t. 221.

In uliginosis alpium, praesertim ad *Rima* frequens. Usque ad *Piano di Fariolo* descendit.

JUNCUS TRIGLUMIS.

Foliis planis, gluma triflora terminali. Fl. dan. t. 152.

In uliginosis *della Rosa*, *Turlo*, al *Campello* potius rara.

JUNCUS PILOSUS.

Foliis planis pilosis, corymbo subsimplici, pedunculis unifloris nutantibus, calycinis foliolis, capsula brevioribus, ovatis, acutis.

In sylvis collum, et illis juxta Ticinum passim.

JUNCUS MAXIMUS.

Foliis planis pilosis, corymbo decomposito, pedunculis elongatis divaricatis subtrifloris, calycinis foliolis aristatis longitudine capsulae. Fl. dan. 441.

In pratis montis *Rosa* abundans.

JUNCUS SPADICEUS.

Foliis planis glabris, vaginis pilosis, corymbo decomposito divaricato, pedunculis subquadrilloris, calycinis foliolis macronatis, capsula acuta brevioribus. Villars. delph. 2. p. 256. t. 6.

In pratis humidis *di Salecchio* valle *di Formazza* non infrequens.

JUNCUS LUTEUS.

Foliis planis vaginisque glabris, corymbo composito conferto, pedunculis multifloris, calycinis foliolis acutiseulis splendentibus. Villars Delph. 2. p. 255. t. 6.

Ex alpibus siccidis retulit *Carestia*.

JUNCUS NIVEUS.

Foliis planis pilosis, corymbo composito, pedunculis subquinque floris, calycinis foliolis acutis, interioribus duplo longioribus, radice repente. Scheuch. gram. 520. t. 7. f. 7.

In umbrosis montium, et collium frequens.

JUNCUS CAMPESTRIS.

Foliis planis pilosis, spicis pedunculatis, umbellatis, intermedia sessina, calycinis foliolis mucronatis, capsula longioribus. Leers. herb. 270. t. 15. f. 5.

In pascuis praesertim Ticini, maxime varians, spicis sessilibus, vel longe pedunculatis, pendulis, vel rectis.

JUNCUS SPICATUS.

Foliis planis, spica racemosa nutante. Fl. dan. 270.

Alpibus siccidis *di Scopa Carestia*, illis *di Crodo* ego frequenter vidi.

Berberis. *Berberide*.

Cor. 6-petala: cal. 6. phyllus inferus: baccæ

2-sperma.

‡ * BERBERIS VULGARIS.

Pedunculis racemosis. Lam. illust. t. 253.

Crespino. Matt.

In ericetis, praesertim Ticini ubique.

PEPLIS. *Peplide.*

Cal. 10-fidus: caps. 2-loocularis.

PEPLIS PORTULA.

Floribus hexandris axillaribus solitariis, foliis petiolatis subrotundo-ovatis. Fl. dan. 64.

In oryzis ubique; petala decidua sunt, variant colore albo, vel purpureo.

HEXANDRIA TRIGYNIA.

RUMEX. *Romice.*

Cal. 5-phylloides: cor. 5-petala: caps. basi dehiscens.

RUMEX PATIENTIA.

Floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis, unica granifera, foliis ovato-lanceolatis.

Hippolapato. Matt.

Secus fossas, et prata spongiosa, praesertim d' Isarno, folia seminalia sagittata, caulis suctatus.

RUMEX NEMOLAPATHUM.

Floribus hermaphroditis, valvulis linearibus, obtusis, integerrimis, graniferis, verticillis remotis, ramis patentibus, foliis inferioribus cordato-lanceolatis, superioribus lanceolatis.

Lob. ic. 284.

Secus prata, et aquaeductus sicuti la Cerana non infrequens.

† * RUMEX ACUTUS.

Floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. Lob. ic. 284.

Oxilapato. Matt. *Slavazzo* vern.

Secus aquaeductus vulgatissimus, varians foliis radicalibus latissimis cordatis, hinc ad sequentem accedens.

RUMEX OBTUSIFOLIUS.

Floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis, obtusiusculis, crenulatis. Lob. ic. 284.

In pinguibus, et ruderatis, praesertim collum.

RUMEX PULCHER.

Floribus hermaphroditis, valvulis dentatis, subunica granifera, foliis radicalibus panduriformibus. Moris. hist. 2. p. 280. s. 5. t. 27. f. 15.

In pascuis praeccipue Ticini.

† * RUMEX AQUATICUS.

Floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis, nudis, foliis cordatis, glabris, acutis.

Hippolapato selvatico. Matt.

Ad ripas aqueductuum, inter oryzas ubique.

RUMEX SCUTATUS.

Floribus hermaphroditis, foliis cordato-hastatis, caule tereti. Jacq. in rar. 1. t. 67.

Inter lapides congestos *della Fiumetta*, ad *Intra* ubique.

RUMEX DIGYNUS.

Floribus hermaphroditis digynis. Fl. dan. 14.

Ad basim montis *Rosa* ubique, ex cacu-

minibus ipsius *Rosa* pusillam varietatem retulit
Carestia.

* RUMEX ALPINUS.

Floribus hermaphroditis sterilibus, femineis-
que valvulis integerrimis, nudis, foliis corda-
tis, obtusis, rugosis.

In pratis pinguibus alpium, nec deest in
illis *del Margozzo.*

* RUMEX ACETOSA.

Floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis. Bocc.
Mus. 165. t. 126.

Oxalide. Matt.

In pascuis speciatim Ticini.

RUMEX ACETOSELLA.

Floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis. Boc.
Mus. 164. t. 26.

Oxalide minore. Matt.

In pascuis glarcosis. Vern. *Lambrusca.*

Triglochin. *Triglochide.*

*Cal. 5-phyl.: cor. 5-petala: caps. basi
dehiscens.*

TRIGLOCHIN PALUSTRE.

Capsulis trilocularibus laevibus linearibus, ba-
si attenuatis. Fl. dan. 490.

Ad lacum Verbanum versus *Sesto Calende*
unice observavi.

Colchicum. Colchico.

Cal. spatha: cor. 6-petaloides.

* COLCHICUM AUTUMNALE.

Foliis planis lanceolatis erectis.

Colchico effemero, officin.

In pratis siccis dell' Arbogna ubique.

Helonias. Elonia.

Cal. nullus: cor. 6-petala: caps. 5-locul.

HELONIAS BOREALIS.

Foliis linearisensiformibus nervosis, bracteis
duplicatis membranaceis. Fl. dan. 56.

In alpibus siccidis vulgatissimus.

HEXANDRIA POLYGYNIA.

Alisma. Alisma.

Cal. 5-phylloides: cor. 5-petala: peric. plura.

ALISMA PLANTAGO.

Foliis ovatis acutis, fructibus obtuse-trigonis.

Fl. dan. 561.

Piantagine aquatica. Matt.

In aquis stagnantibus varians foliis angustissimis.

ALISMA PARNASSIFOLIA.

Foliis cordatis, subrotundis, acutis, capsulis aristatis.

In paludosis alpium, uti a Scopa, Luzzo-
gno, in valle Strona etc.





C L A S S I S VII.

HEPTANDRIA MONOGYNIA.



Aesculus. *Ischio.*

Cal. 5-dentatus: cor. 5-petala inaequalis: caps.

5-locularis: 2-sperma.

‡ * AESCULUS HIPPOCASTANUM.

Foliis digitatis septenis, corollis penta-petalis patulis.

Castagna Cavallina. Matt.

Exoticam huc resero plantam, ut non omittam septimam sistematis classem, et quod veluti indigena ubique colitur sub nomine *Castagna d' India.*



C L A S S I S VIII.

OCTANDRIA MONOGYNIA.



Oenothera. Enotera.

*Cor. 4-petala : cal. 4-fidus tubulosus superus :
caps. 2-locular. : antherae linearis.*

OENOTHERA BIENNIS.

Foliis ovato-lanceolatis planis, caule muricato villoso. Fl. dan. t. 4'6.

Secus la Mora, il Cavo Dassi ubique.

Epilobium. Epilobio.

*Cor. 4-petala : cal. 4-fidus tubulosus superus :
caps. 4-locul. : semina comosa.*

* EPILOBIUM ANGUSTIFOLIUM.

Foliis sparsis linear-lanceolatis integerrimis, venosis, floribus inaequalibus. Fl. dan. t. 289.

Ad alveum Sessitis vulgare, ubi variat foliis latis.

EPILOBIUM ANGUSTISSIMUM.

Foliis sparsis linearibus, obsolete denticulatis,
avemis, petalis aequalibus integerrimis.

Ad torrentes fere ubique.

***EPILOBIUM HIRSUTUM.**

Foliis oppositis alternisque, subamplexicauli-
bus ovato-lanceolatis, serratis, glabriasculis,
venis hirsutis, caule ramosissimo hirsuto. Fl.
dan. 526.

Ad fossas praesertim in oryzis.

EPILOBIUM PUBESCENS.

Foliis oppositis alternisque, subsessilibus, lan-
ceolatis, denticulatis, utrinque pubescentibus,
caule simplici villoso. Fl. dan. 547.

Cum praecedente crescit.

EPILOBIUM MONTANUM.

Foliis oppositis, ovatis, dentatis. Bocc. mus.
52. t. 16.

In umbrosis montium vulgare.

EPILOBIUM TETRAGONUM.

Foliis lanceolatis denticulatis, imis oppositis,
caule tetragono. Fl. dan. 1029.

In umbrosis, et humidis collium.

EPILOBIUM ALPINUM.

Foliis oppositis ovato-lanceolatis integerrimis,
siliquis sessilibus, caule repente. Fl. dan. 522.

In spongiosis alpium fere ubique.

Chlora. *Clora*.

Cor. 8-fida : cal. 8-phyl. inferus : caps. 1-lokul.
2-valvis : polysperma.

CHLORA PERFOLIATA.

Foliis perfoliatis. Moris. hist. 2. s. 26. t. 5. f.
 I. 2.

In collibus di Vergano, Boca etc. vulgaris.

Vaccinium. *Vaccinio*.

Cor. 1-petala : cal. 4-dentat. : superus :
filamenta receptaculi bacca.

† * VACCINUM MYRTILLUS.

Pedunculis unifloris, foliis serratis, ovatis, de-
 cidualis, caule angulato. Duham arbr. 2. t. 107.
Mirtillo. Matt.

In sylvis montanis ubique. Vulgo *Lorione*.

VACCINUM ULGINOSUM.

Pedunculis unifloris, foliis integerrimis, obo-
 vatis, obtusis, laevibus. Fl. dan. 251.

In summitatibus alpium montis *Rosa, Moro,*
 nec deest al. *Sempione.*

† * VACCINUM VITIS IDAEA.

Racemis terminalibus nutantibus, foliis obo-
 vatis revolutis integerrimis, subtus punctatis.
 Fl. dan. t. 40.

In nemoribus montanis, speciation circa
Varallo, Vogogna etc.

Erica. *Erica.*

*Cor. 1-petalum: cal. 4-phyl. inferus: filamenta
receptaculi capsula.*

* ERICA VULGARIS.

Antheris cristatis, stylo exerto, corollis campanulatis, calycibus duplicatis, floribus racemosis secundis, foliis oppositis sessilibus sagittatis. Fl. dan. 627.

Nimis abundans in ericetis varians flore albo, et carneo. Vernaculae *Brugh.*

ERICA CINEREA.

Antheris cristatis, corollis ovatis, stylo sub exerto, foliis ternis, stigmate capitato. Fl. dan. 58.

In montuosis d' *Intra*, et *Canobbio* frequens.

ERICO HERBACEA.

Antheris muticis, exsertis, stylo exerto, corollis tubuloso-campanulatis, floribus axillariis secundis, foliis quaternis linearibus glabris. Jacq. aust. 52.

In rupibus d' *Scopa*, *Piè di Mulerà*, et alla *Grotta Cusana* d' *Intra* potius rara.

Daphne. *Dafne.*

Cal. 4-sidus corollinus aequalis: stamina inclusa:
drupe pulposa monosperma.

* DAPHNE MEZEREUM.

Floribus sessilibus ternis, caulinis, foliis lanciolatis deciduis. Fl. dan. 268.

Mezereo officin.

In memoribus montanis, utia *Valduggia*, *Intragna*, *Canobbio*. Vernacule *Pepe nostrano*.

DAPHNE ALPINA.

Floribus sessilibus aggregatis lateralibus, foliis lanceolatis obtusiusculis, subtus tomentosis.

In rupibus del *Senipione*, et ad montem *Gris* rara.

✳ **DAPHNE LAUREOLA.**

Racemis axillaribus quinque floris, foliis lanceolatis glabris. Jacq. aust. t. 185.

Locis cum D. Mezereo nascitur editioribus.

DAPHNE CNEORUM.

Floribus fasciculatis, terminalibus sessilibus, foliis lanceolatis, nudis, mucronatis. Duham arb. 2. t. 94.

In sylvis montanis, sed praecanteris in illis di *Craveggia*.

Stellera. *Stellera*.

Cal. 4-fidus corollinus aequalis: staminæ inclusa. Nux.

STELLERA PASSERINA.

Foliis linearibus, floribus quadrifidis.

In campis, et ericetis Ticini.

OCTANDRIA DIGYNIA.

Moeringia. *Meringia.*

Cor. 4-petala : cal. 4-phyl. : caps. 1-locularis.

MOERINGIA MUSCOSA.

Foliis linearibus connatis. Schen. alp. 503.
t. 6.

In umbrosis montanis, nec deest in campis cretaceis *della Bicocca* hujus urbis.

OCTANDRIA TRIGYNIA.

Polygonum. *Poligono.*

Cor. o. : cal. 5-partitus : sem. 1-nudum.

† POLYGONUM BISTORTA.

Caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. Fl. dan. 421.

Bistorta officin.

In pratis montanis, et alpinis.

POLYGONUM VIVIPARUM.

Caule simplicissimo monostachyo, foliis lanceolatis. Fl. dan. 15.

Cum praecedente in alpibus.

POLYGONUM AMPHIBIUM.

Floribus pentandris semidigynis, spica ovata.

Fl. dan. t. 282.

In stagni Padi, et Ticini, sed praesertim ad lacum Cusii versus Buscione, ubi staminibus corolla longioribus semper observavi.

‡ * **POLYGONUM HYDROPHILUM.**

Floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis.

Hidropepe. Matt.

Secus fossas aquosas ubique.

POLYGONUM MINUS.

Floribus hexandris submonogynis, foliis linearie-lanceolatis, caule basi repente. Allion.

Fl. ped. t. 67. f. 1.

Ad vias umbrosas uti extra portam s. Stephanii hujus urbis.

* **POLYGONUM PERSICARIA.**

Floribus hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis. Fl. dan. 702.

Persicaria officin.

Loci umbrosis vulgare.

‡ **POLYGONUM AVICULARE.**

Floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo.

In campis circa hanc urbem ubique.

POLYGONUM BELLARDI.

Floribus octandris trigynis axillaribus, ochreis ciliatis, foliis lanceolatis acutis, caule erecto.

Fl. ped. t. 90. f. 2.

In arvis vulgare, distinguitur a praecedenti caule erecto.

POLYGONUM ALPINUM.

Floribus octandris trigynis, racemoso paniculatis, foliis ovato-lanceolatis, glabris, marginatis.

me ciliatis, caule ramoso, geniculis barbatis.
Fl. ped. t. 68. f. 1.

In pratis montanis ubique.

POLYGONUM FAGOPYRUM.

Foliis cordato-sagittatis, caule erectiusculo iner-
ni, seminum angulis aequalibus.

Colitur in agris sub nomine *li Formentone*,
sed spontanea ubique observatur in collibus
di Vaprio, *Cressa*, etc.

* **POLYGONUM CONVOLVULUS.**

Foliis cordatis, caule volubili angulato, flori-
bus obtusatis. Fl. dan. 744.

In campis stirps nimis infesta.

POLYGONUM DUMETORUM.

Foliis cordatis, caule volubili laevi, floribus
cariuato-alatis. Fl. dan. 756.

In sylvis non infrequens.

OCTANDRIA TETRAGYNIA;

Paris. Paride.

**Cor. 4-petala subulata; cal. 4-phyllos;
bacca 4-locularis.**

* * **PARIS QUADRIFOLIA.**

Foliis quaternis. Fl. dan. 159.

Herba Paris officin.

In sylvis montanis, uti illis *di Varallo*, *alla Colma* frequens, varians foliis 5. 5.



C L A S S I S I X.

ENNEANDRIA HEXAGYNIA.



Butomus umbellatus.

Cal. o.: cor. 6-petala: caps. 6-polyspermae.

Fl. dan. 6o4.

Giunco florido. Matt.

In *oryzis vulgaris*. Vernacule *Giunco fiorito*.





C L A S S I S X.

DECANDRIA MONOGYNTA.



Rhododendron. *Rododendro*.

Cor. infundibul.: stam. declinata: caps. 5-locular.

RHODODENDRON FEBRUGINEUM.

Foliis glabris subtus leprosis, corollis infundibuliformis. Jacq. aust. t. 255.

In sylvis alpinis ubique. Vernacule *Rate*.

RHODODENDRON HIRSUTUM.

Foliis ellipticis, acutiusculis, ciliatis, subtus punctatis, corollis infundibuliformis. Jacq. aust. 98.

In alpibus di *Varzo*, in valle di *Vedro*, alle Casere superiori, valle *Formazza*, et ab *Campello*, valle di *Strona*, observavi.

Arbutus. *Arbuto*.

Cor. ovata: basi diaphana: bacca 5-ocularis:

ARBUTUS ALPINA.

Caulibus procumbentibus, foliis rugosis serratis. Fl. dan. t. 85.

In alpibus, sed praecaeteris ad Turlum, in
illis *di Carcoforo*, *di Vanzone*, etc.

✿ * **ARBTUS VERA URSI.**

Caulibus procumbentibus, foliis integerrimis.
Fl. dan. 55.

In sylvis alpium, nec deest in subalpinis
circa Varallo, *Piè di Mulera*, etc.

Pyrola. Pirola.

Antherae sursum bicornes: caps. 5-locularis

polysperma.

✿ **PYROLA ROTUNDIFOLIA.**

Staminibus adscendentibus, pistillo declinato.
Fl. dan. 110.

In dumetis umbrosis alpium.

PYROLA SECUNDA.

Racemo unilaterali. Fl. dan. 402.

In sylvis vallis *d' Antrona* supra divum Pe-
trum ad montem Rosam, et Morum abundans.

PYROLA UNIFLORA.

Scapo unifloro. Fl. dan. t. 8.

Ad montem Morum, et ad Turlum versus
Macugnaga potius rara.

D E C A N D R I A D I G Y N I A.

Chrysosplenium. *Crisosplenio.*

Cor. o.: cal. superus: caps. 2-locularis:
2-rostris.

CHRYSSOPLIUM ALTERNIFOLIUM.

Foliis alternis. Fl. dan. t. 566.

In umbrosis montanis, et in pratis vallis
della Strona prope la Fonderia del Ferro
abundans.

Saxifraga. *Sassifraga.*

Cor. 6-petala: cal. tubulosus: basi nudus: caps.
1-locularis oblonga.

SAXIFRAGA COTYLEDON.

Foliis radicalibus aggregatis, lingulatis, cartilagineo-dentatis, caule paniculato folioso, calicibus glanduloso-pilosus. Fl. dan. 241.

In rupibus det Semipione in valle d' Intra-sca, supra Cossogno non frequens.

SAXIFRAGA AIZOON.

Foliis radicalibus aggregatis, lingulatis, cartilagineo-dentatis, caule simplici racemoso folioso, calycibus glabris. Jacq. aust. 458.

Alpibus vulgaris, nec deest in subalpinis
uti Premosello, Piè di Malera, et Varallo.

SAXIFRAGA ANDROSACEA.

Foliis lanceolatis, obtusis pilosis, caule nudo
billoto. Jacq. aust. t. 589.

Ex monte *Rosa* retulit *Carestia*, ad mon-
tem *Moro*, et in cacuminibus *di Crodo* ego
saepe observavi.

SAXIFRAGA CAESIA.

Foliis linearibus, perforato-punctatis aggrega-
tis, recurvatis, caule multijloro. Jacq. aust.
t. 574.

In rupibus vallis magnae Ossulae fere ubi-
que, in illis *di Allagna* observavit *Carestia*.

SAXIFRAGA SEDOJDES.

Foliis aggregatis alternis, oppositisque sublan-
ceolatis, flore pedunculato. Fl. ped. t. 61.
f. 2.

Alle Casere superiori, valle *Formazza* uni-
ce observavi.

SAXIFRAGA BRYOIDES.

Foliis lanceolatis mucronatis, margine cartila-
gineis ciliatis, caule nudiusculo paniculato,
calycibus obtusis. Jacq. misc. 2. p. 49. t. 5.
f. 1.

In pascuis montis *Rosa*, et illis supra *Cro-*
do ubique.

SAXIFRAGA STELLARIS.

Foliis serratis, caule nudo ramoso, petalis
acuminatis. Fl. dan. 25.

In humidis alpium, nec desideratur in pra-
tis collum *di Ameno* etc.

SAXIFRAGA CUNEIFOLIA.

Foliis cuneiformibus obtusissimis repandis,
caule nudo paniculato.

Secus vallē *di Vägezzo* non rara, in summis alpibus *di Formazza* quoque observatur.

SAXIFRAGA OPPONIFOLIA.

Foliis caulinis ovatis, oppositis, imbricatis, summus ciliatus. Fl. dan. t. 54. Fl. ped. t. 21. f. 1. 2. 5.

In rupibus editioribus alpium vulgaris, praesertim valle *Formazza*.

SAXIFRAGA ASPERA.

Foliis caulinis lanceolatis, alternis ciliatis, caulis procumbentibus. Jacq. aust. t. 51. append.

Inter saxa irrigua alpium vulgaris.

SAXIFRAGA AUTUMNALIS.

Foliis caulinis linearibus, alternis, ciliatis, radicalibus aggregatis. Moris. hist. 5. p. 477. s. 12. t. 8. f. 6.

In irriguis montanis ubique, nec deest in collibus *di Romagnano*.

SAXIFRAGA ROTUNDIFOLIA.

Foliis caulinis reniformibus dentatis, petiolatis, caule paniculato.

In vallibus sere ubique, sed praesertim **secus** vallem *d' Antrona*, et *di Vägezzo*.

✳ **SAXIFRAGA GRANULATA.**

Foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata. Fl. dan. 514.

In pascuis, et pratis siccis circa Novariam, caule saepissime simplici.

SAXIFRAGA TRIDACTYLITES.

Foliis caulinis cuneiformibus trifidis, alternis, caule erecto ramoso.

In collibus sterilibus *di Romagnano*, loco dicto *al Monte*, unice collegi.

SAXIFRAGA CAESPITOSA.

Foliis radicalibus aggregatis, linearibus obtusis trifidis incisis, caule erecto, submultiilio-ro, petalis calyce duplo longioribus. Fl. dan. 71.

In rupibus alpium vallis Sessitis ubique.

SAXIFRAGA HYPONOIDES.

Foliis caulinis linearibus, integris, vel trifidis, stolonibus procumbentibus, caule erecto nudiusculo. Fl. dan. 548.

Cum praecedente crescit.

Scleranthus. *Scleranto*.

Cor. o.: cal. 5-fidus inferus: sem. 2.

SCLERANTHUS ANNUUS.

Calycibus fructus patulis. Fl. dan. 504.

In arvis argillosis.

* SCLERANTHUS PERENNIS.

Calycibus fructus clausis. Fl. dan. t. 565.

In pascuis arenosis, nec deest ad publicum ambulacrum all' Alba hujus urbis.

Gypsophilla. *Gipsosilla*.

Cor. 5-petala: cal. 5-partitus campanulatus:
caps. 1-loclaris globosa.

GYPSOPHILLA REPENS.

Foliis lanceolatis, staminibus corolla emarginata brevioribus. Jacq. aust. 5. t. 407.

Ad montem Rosa collegit Carestia.

GYPSOPHILLA PROSTRATA.

Foliis lanceolatis laevis, caulis diffusis,
pistillis corolla campanulata longioribus.

Ad rupes vallis Sessitis supra *Scopula* colle-
git amicus *Carestia*.

GYPSOPHILLA MURALIS.

Foliis linearibus planis, calycibus aphyllis,
caule dichotomo, petalis crenatis.

In cerealibus, locis argillosis.

GYPSOPHILLA FASTIGIATA.

Foliis lanceolato-linearibus, obsolete triquetris
laevis, obtusis secundis.

In summis rupibus vallis *Formazza alle*
Casere superiori unice occurrit.

GYPSOPHYLLA SAXIFRAGA.

Foliis linearibus, calycibus angulatis, squa-
nis quatuor, corollis emarginatis. Barr. ic.
64. t. 998.

In pascuis glareosis Ticini, et Aconiae vul-
garis.

Saponaria. *Saponaria*.

Cor. 6-petala : cal. 5-partitus : caps. 1-loclaris :
2-rostris.

★ * SAPONARIA OFFICINALIS.

Calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis.
Fl. dan. t. 545.

Saponaria officin.

Ad aqueductus ubique.

SAPONARIA VACCARIA.

Calycibus pyramidatis, quinque angularibus,
foliis ovatis, acuminatis, sessilibus.

In campis di Palianza, et Suna frequens,
in valle Formazza quoque observavi.

SAPONARIA OLYMOIDES.

Calycibus cylindricis villosis, caulis dichotomis
procumbentibus. Jacq. aust. ap. t. 25.

In rupibus collum, et in subalpinis.

SAPONARIA LUTEA.

Calycibus teretibus, cauleque hirtis, petalis
obovatis integerrimis, floribus corymbosis, foliis
lineari-lanceolatis canaliculatis. Fl. ped. t.
25. f. 2.

Ad montem Turlum collegit Carestia.

Dianthus. Garofano.

Cor. 5-petala : cal. tubulosus : basi squamosus :
caps. 1-locularis oblonga.

DIANTHUS CARTHUSIANORUM.

Floribus subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis, tubo brevioribus, involucro oblongo aristato, capitulo breviore, foliis linearibus trinerviis.

In collinis praesertim frequens.

DIANTHUS ATRO-RUBENS.

Floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis aristatis, tubo brevioribus, involucro ovato aristato longitudine capituli, foliis linearis lanceolatis enerviis. Jacq. ic. rar. t. 467.

Ad oras sylvarum in collibus ubique, nec
debet in ricti ericetis.

DIANTHUS ALMENDRA.

Floribus aggregatis fasciculatis, squamis caly-
cinis lanceolatis villosis, tubum aequantibus.
Fl. dan. 250.

Non desideratur ad vias collium, sed abun-
dat maxime secus Padum.

DIANTHUS PROLIFER.

Caulescens ramosa adscendens, foliis pinnatis subocto jugis, foliolis lanceolatis impari subsessili, alis corollae bifidis. Jacq. misc. 2. t. 5.

Ad rupes editiores montis Mori, et Rosae, uti, et supra *Trasquera* in valle *di Vedria* semper rara.

Astragalus. *Astragalo.*

Legumen 2-loculare, rotundatum.

ASTRAGALUS GLYCYPHYLLOS.

Caulescens prostratus, foliolis glabris, obtusis mucronatis ovatis, stipulis ovato-lanceolatis, racemis pedunculatis, folio brevioribus, leguminibus subtriangularibus arcuatis.

In pascuis, et sepibus collium, tum etiam ad moenia hujus urbis varians foliis non mucronatis.

ASTRAGALUS ONOBRYCHIS.

Caulescens diffusus, pedunculis spicatis, vexillis flore duplo-longioribus. Jacq. aust. 58.

In pascuis montanis, non deest praecipue in illis *del Margozzo*, *Ornavasco*, et *Omegna*.

ASTRAGALUS ALPINUS.

Caulescens procumbens, floribus pendulis racemosis, leguminibus utrinque acutis pilosis. Fl. dan. 51.

In pascuis *di Montescheno*, monte *Ossolano*, *di Quarna superiore*, et in cacumiibus *di Cima Mullera* raro crescit.

ASTRAGALUS MONTANUS.

Acaulis, foliolis lanceolatis acutis subpilosis, scapis erectis, folio longioribus, floribus laxe spicatis erectis, leguminibus oblongis pubescentibus, acumine inflexo. Jacq. aust. t. 167.

In summis alpibus vulgaris.

ASTRAGALUS URALENSIS.

Acaulis, foliolis ovato-lanceolatis sericeo-villosis, scapis folio longioribus, calycibusque lanatis, capitulis oblongis, bracteis longitudine calycis, leguminibus ovatis acuminatis pubescentibus.

Ad rupes montis Mori occurrit corollis semper violaceis.

ASTRAGALUS MONSPESSULANUS.

Acaulis, foliolis ellipticis obtusis, scapis racemosis declinatis, folio longioribus, vexillis elongatis, leguminibus teretiisculis arcuatis.

In valle *Formazza* supra *le Casere*, et in pascuis *di Baceno*.

ASTRAGALUS CAMPESTRIS.

Acaulis, calycibus leguminibusque villoso-, foliolis lanceolatis acutis, scapo decumbente. Hall. helv. ed. 1. t. 15.

In valle *Anzasca*, praesertim supra *Stabiolii*, et *Pestarena*.

ASTRAGALUS VISCOSUS.

Acaulis, foliolis linearibus viscosis, scapis folio longioribus superne glanduloso-pilosus, spica pauciflora, leguminibus oblongis acutis pubescentibus. Villars Delph. t. 45.

In summis rupibus alpium praecacteris ad montem *Rosa*, et *Morum*, ad *Turlum* collegit *Carestia*.

ASTRAGALUS EXCAPUS.

Acaulis, foliolis oblongis obtusis pilosis, floribus subpedunculatis aggregatis, calycibus adpresso-pilosus, leguminibus oblongis lanatis.

Ad viam del *Sempione* supra *Varzo* rarissime, sed in summis rupibus ejusdem montis non infrequens.

ASTRAGALUS ARISTATUS.

Frutescens, petiolis spinescentibus, foliolis oblongis mucronatis pilosis, pedunculis brevissimis subquadrifloris, calycinis dentibus setaceis.

Alpibus Sessitis collegit clariss. *Carestia*.

Trifolium. *Trifoglio.*

*Legumen vix calyce longius 1. seu 2-spermum :
flores capitati.*

TRIFOLIUM MESSANENSE.

Leguminibus monospermis ovatis acutis nudis,
arcuatim rugosis, racemis folio brevioribus,
caule erecto.

Clarissimus Allionius in Agro Novariensi cre-
scere observavit hanc stirpem.

TRIFOLIUM OFFICINALE.

Leguminibus racemosis nudis dispermis rugo-
sis acutis, stipulis lanceolato-subulatis indivi-
sis, caule erecto. Gmel. Sib. 4. t. 7.

In arvis, et ad vias **vix** extra portam Me-
diolani hujus urbis crescit.

TRIFOLIUM ITALICUM.

Leguminibus racemosis nudis dispermis rugo-
sis, obtusis, caule erecto, foliolis integris.

Cam. hort. t. 29.

In pratis, et pascuis Padi versus *Cambio*.

TRIFOLIUM STRICTUM.

Capitulis ellipticis, leguminibus dispermis, ca-
lycibus longitudine corollae, foliolis lanceola-
tis obtusis serrulatis, stipulis rhombeis obtusis
glanduloso-denticulatis.

In pratis *di Quarna*, *alla Colma* etc. non
rarum.

TRIFOLIUM CAESPITOSUM.

Capitulis umbellaribus, leguminibus tetrasper-
mis, calycinis dentibus aequalibus, foliolis

obovatis obtusis serratis, caule erectiusculo.
Villars. Delph. 5. t. 41.

In alpestribus Ossulae, praecipue in valle d*Vedria* frequens.

† * TRIFOLIUM REPENS.

Capitulis umbellatis, legumiibus tetraspermis, calycinis dentibus superioribus brevioribus, foliolis ovato-oblongis emarginatis serrulatis, caule repente. Vail. Paris. t. 22. f. 1.

In arvis, et pascuis, et viis ubique.

TRIFOLIUM ALPINUM.

Capitulis umbellaribus, scapo nudo, leguminibus dispermis pendulis, foliis linear-lanceolatis.

In pascuis alpium vulgare.

TRIFOLIUM RUBENS.

Spicis cylindraceo-oblongis, calycinis dentibus villosis infimo longitudine corollae monopetalae inaequalis, stipulis ensiformibus, foliolis lanceolatis obtusis serrulatis, caule erecto. Jacq. aust. 585.

In pratis montanis, et subalpinis vulgare, raro ad colles descendit, varians foliis latioribus fere ovatis.

* TRIFOLIUM PRATENSE.

Spicis densis ovatis, calycis dente infimo, tubo corollae monopetalae inaequalis, breviore, stipulis aristatis, foliolis ovalibus subintegerimis, caule adscendente. Fl. dan. 989.

In pratis, vulgo *Trifoglio*, varietatem procumbentem villosum. Villarsii Delph. 5. p. 415.

In pascuis Ticini observavi.

TRIFOLIUM MEDIUM.

Spicis laxis subglobosis, solitariis, calycis dentate insimo, tubum corollae monopetalae subaequalis, aequante, stipulis subulatis, foliolis ellipticis tenuissime serrulatis, stricto-venosis, caulis ramosis flexuosis. Jacq. aust. t. 586.

In collibus, et montibus vulgare.

TRIFOLIUM ALPESTRE.

Spicis densis subglobosis subgeminatis, calycis dente insimo, tubum corollae monopetalae subaequalis, aequante, stipulis setaceis, foliolis lanceolatis tenuissime serrulatis striato-venosis, caulis simplicissimis strictis. Jacq. aust. 455.

In pascuis montanis, et subalpinis.

TRIFOLIUM INCARNATUM.

Spicis oblongis, villosis, obtusis aphyllis, foliolis subrotundo-obcordatis ovatis, crenatis, villosis. Lob. ic. 59.

Ad rupes del Margozzo prope il Sasso unice inveni.

TRIFOLIUM OCHROLEUCUM.

Spicis villosis ellipticis, caule erecto ramoso pubescente, foliolis oblongis, insimis obcordatis. Jacq. aust. t. 40.

In apricis collum di Maggiora, et Ameno non frequens.

* TRIFOLIUM ARVENSE.

Spicis villosissimis subcylindraceis, dentibus calycinis setaceis, corolla longioribus, foliolis obovato-linearibus. Fl. dan. 724.

In arvis ubique.

TRIFOLIUM SCABRUM.

Capitulis ovatis axillaribus sessilibus, calycibus dentibus inaequalibus lanceolatis mucronatis rigidis recurvis, foliolis obovatis serrulatis. Barr. ic. 870.

In pascuis Ticini non raro, in valle Sessite collegit *Carestia*.

TRIFOLIUM RESUPINATUM.

Capitulis subrotundis, corollis resupinatis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis pubescentibus, dentibus setaceis, caulis prostratis, foliolis obovatis acutis. Bar. rar. 872.

In apricis pascuis di *Vergano*, di *Gozzano*, uti ad *Craveggia* in valle Vegetii occurrit.

TRIFOLIUM MONTANUM.

Spicis subimbricatis subtribus, vexillis subulatis emarcescensibus, calycibus nudis, caule erecto.

In pratis collinis *vulgare*, nec deest ad urbis moenia.

TRIFOLIUM AGRARIUM.

Spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycinis dentibus subulatis inaequalibus glabris, caule erecto, foliolis lanceolato-cuneatis, intermedio sessili. Vaill. paris. 196. t. 22. f. 5.

In arvis ubique.

TRIFOLIUM SPADICEUM.

Spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycinis dentibus subpilosis subulatis, binis superioribus ovatis brevissimis, caule erecto, foliolis obovatis, intermedio sessili. Barr. ic. 1024.

In pratis, et pascuis collinis, et montanis
a Romagnano usque ad Varallo.

TRIFOLIUM PROCUMBENS.

Spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis per-
sistenteribus, sulcatis, caulis procumbentibus,
foliolis obovatis. Vaill. paris. 196.

In pascuis, et arvis sterilibus.

Lotus. Loto.

Legumen teres farctum : seminibus cylindricis.

LOTUS SILIQUOSUS.

Leguminibus solitariis membranaceo-quadran-
gulis, caulis procumbentibus, foliis subtus
pubescentibus. Jacq. aust. 561.

Ad vias oryzarum ubique.

LOTUS CORNICULATUS.

Capitulis depresso-rotundis, caulis decumbentibus,
leguminibus cylindricis patentibus.

Ad vias, et pratis. In valle Sessite varietas
pusilla crescit.

* LOTUS HIRSUTUS.

Capitulis subrotundis, caule erecto hirto, le-
guminibus ovatis. Moris. hist. 2. p. 177. s. 2.
t. 18. f. 14.

In pascuis praesertim collium.

Dorycnium. Doricnjo.

'Cal. 5-dentatus: legumen turgidum.

DORYCNIUM HERBACEUM.

Foliolis obovatis obtusis, calycinis dentibus ovatis, caule herbaceo. Vill. Delph. 5. t. 41.

In pascuis collinis vulgare.

Medicago. Medica.

Legumen spirale membranaceum compressum:
pistillum carinam deprimens.

* MEDICAGO SATIVA.

Pedunculis racemosis, leguminibus laevibus cochleato contortis, stipulis integerrimis, foliolis oblongis dentatis. Lob. ic. 2.

In pratis circa urbem, vulgo Erba medica.

MEDICAGO PROSTRATA.

Pedunculis racemosis, leguminibus laevibus cochleato-contortis, stipulis basi dentatis, foliolis linearibus apice dentatis. Jacq. hort. 1. t. 89.

Ad montem Divi Caroli di Arona, et pascuis di Mejna rara,

* MEDICAGO FALCATA.

Pedunculis racemosis, leguminibus contorto-falcatis pubescentibus, foliolis oblongis apice dentatis. Fl. dan. 255.

In pratis aridis non rara.

MEDICAGO LUPULINA.

Spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis, stipulis integerrimis, foliolis obovatis.

Ad vias minima, in pratis maximis altitudine crescit, ut diversae species videantur.

MEDICAGO SCUTELLATA.

Pedunculis subbisfloris, leguminibus inermibus cochleatis, orbiculatis, basi convexis superne planis, anfractibus concentrico-spiralibus, stipulis dentatis, foliolis oblongis dentatis. Moris hist. 2. s. 2. t. 15. f. 5.

In campis sabulosis *di Cilavegna*, *Gambolò*, et *Lumellina* non frequens.

MEDICAGO CILIARIS.

Pedunculis subbisfloris, leguminibus cochleatis ovalibus, aculeis pubescentibus subulatis rectis, stipulis ciliato-dentatis, foliolis obovatis dentatis.

In arvis *di Gattico*, *Maggiora*, et *Quarna inferiore* rara.

MEDICAGO MURICATA.

Pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis glabris utrinque planis, anfractibus quinis, aculeis subulatis brevissimis, stipulis ciliato-dentatis, foliolis rhombeo-obovatis dentatis. Moris hist. 2. s. 2. t. 15. f. 11.

In collibus *di Olengo*, *Nibiola*, *Montiselio*. Locis sterilibus rara.

MEDICAGO TRIBULOIDES.

Pedunculis bifloris, leguminibus cochleatis cylindricis utrinque planis, aculeis conicis distichis reflexis, stipulis dentatis, foliolis obovatis dentatis.

In subalpinis, praesertim vallis *di Vegezzo*
non frequens.

MEDICAGO MINIMA.

Pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis
pilosis, aculeis subulatis rectis uncinatis, sti-
pulis integerrimis, foliolis obovatis dentatis.

Varietas hirsuta. Linnei Syst. 12. p. 506. vul-
garis est. In pascuis distincta species videtur.



CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA POLYANDRIA.

Hypericum. Iperico.

*Cal. 5-partitus inferus: cor. 5-petala: styli 1-3.
seu 5.: capsula locularis.*

HYPERICUM QUADRANGULARE.

Floribus trigynis, caule quadrangulo herbaeo, foliis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. Fl. dan. 640.

In pratis, et fossis, praesertim di *Confenza*, *Robio*, ec. vulgare.

HYPERICUM perforatum.

Floribus tryginis, caule ancipiti, foliis obtusis, pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis.

Iperico officin.

Ad vias, et locis aridis ubique.

HYPERICUM HUMIFUSUM.

Floribus trigynis terminalibus subcymosis axillaribus solitariis, caulis prostratis ancipitis herbaceis, foliis oblongis obtusis. Fl. dan. 141.

In pascuis subalpinis collinis, et ericetis Ticini ubique.

HYPERICUM MONTANUM.

Floribus trigynis corymboso-paniculatis termi-

nalibus , calycibus serrato-glandulosis , foliis oblongis amplexicaulibus impunctatis , margine nigro-maculatis , caule tereti erecto. Fl. dan.

175.

In sylvis montanis vulgare.

HYPERICUM HIRSUTUM.

Floribus trigynis , calycibus serrato-glandulosis , caule tereti erecto pubescente , foliis oblongis , basi attenuatis pellucido-punctatis subtus pubescentibus.

In sylvis collum di Briona , Ghemme , ec.





C L A S S I S X I X.

SYNGENESIA POLYGAMIA AEQUALIS.

Tragopogon. *Tragopogono.*

Receptaculum nudum : pappus plumosus, stipitatus :
cal. simplex polyphyllus.

† TRAGOPOGON PRATENSIS.

Calycibus corollae radium aequantibus, foliis
 integris strictis.

In pratis ubique, vulgo *Barbarecco*.

Scorzonera. *Scorzonera.*

Receptaculum nudum : pappus plumosus stipitatus.

SCORZONERA HUMILIS.

Caule subnudo subunifloro, calycinisque squa-
 mis lanatis, foliis oblongo-lanceolatis nervosis
 planis.

In pascuis collum di Oleggio, Marano, etc.
 rara.

Sonchus. Cicerbita.

**Receptaculum nudum: pappus pilosus, sessilis:
calyx imbricatus conicus.**

SONCHUS PALUSTRIS.

Pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis, basi sagittatis.

In uliginosis vallis Ticini, praesertim versus *Sedone*, et *Sabbione* rara.

SONCHUS ARVENSIS.

Pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis, basi cordatis. Fl. dan. 606.

Secus arva ad fossas vulgaris.

*** SONCHUS OLERACEUS.**

Pedunculis subtomentosis umbellatis, calycibus glabris, foliis oblongo-lanceolatis amplexicaulibus denticulatis subsinvatis. Fl. dan. 682.

Cicerbita selvatica officin.

In ruderatis, et fossis piuguibus vulgaris, varietas s. laevis, et s. asperi quoque frequens, uti etiam foliis non laciniatis occurrit.

SONCHUS ALPINUS.

Pedunculis hirsutis nudis, floribus racemosis bracteatis, fossis runcinatis, basi sagittatis glabris subtus glaucis. Fl. dan. 182.

In umbrosis alpium vulgaris.

Lactuca. *Lattuga*.

*Receptaculum nudum: pappus pilosus stipitatus:
calyx imbricatus, margine scarioso.*

‡ LACTUCA SCARIOLA.

Foliis verticalibus, carina aculeatis, apice acutis, basi sagittatis runcinato-pinnatifidis. Barr. ic. 155.

Lattuga selvatica. Matt. *vulgaris*.

Ad vias collium, nec desideratur cum sequente ad viam Mediolani.

LACTUCA SALIGNA.

Foliis carina aculeatis, radicalibus lanceolatis pinnatifidis, caulinis linearibus integerrimis sagittatis. Jacq. aust. 250.

Cum praecedente magis copiosa crescit.

LACTUCA PERENNIS.

Foliis omnibus pinnatifidis, laciniis linearibus sursum dentatis, floribus corymboso-paniculatis.

In apricis rupibus subalpinis non desideratur.

Chondrilla. *Condilla*.

*Receptaculum nudum: pappus pilosus stipitatus:
calyx calyculatus multiflorus.*

CONDILLA JUNCIA.

Foliis radicalibus runcinatis, caulinis linearibus integris. Jacq. aust. 427.

In pascuis glareosis, et ad muros circa
hanc urbem vulgaris.

Prenanthes. *Prenante.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: calix
calyculatus subquinqueflorus.

PRENANTHES TENUIFOLIA.

Foliis linearibus integerrimis amplexicaulibus,
caule simplici. Fl. ped. t. 55. f. 2.

Ad radices montium, praesertim vallis *d' Intragna*, et *della Strona*.

PRENANTHES PURPUREA.

Calycibus subquinque floris, foliis oblongo-
lanceolatis amplexicaulibus cordatis denticula-
tis subtus glaucis.

In sylvis collinis vulgaris, crescit etiam in
declivibus Ticini, et ad moenia hujus urbis.

PRENANTHES HIERACIFOLIA.

Foliis radicalibus runcinatis, caulinis ovato-
lanceolatis, basi sagittatis, panicula corym-
bosa divaricata nuda. Moris. hist. 5. s. 7. t.
5. f. 57.

In pratis, et pascuis collium praecaeteris
di Maggiora, Boca etc. non frequens.

PRENANTHES MURALIS.

Foliis lyrato-pinnatifidis dentatis, lobo termi-
nali quinque angulari, floribus paniculatis.

In sylvis etiam circa Novariam vulgaris.

Leontodon. Leontodo.

*Receptaculum nudum: pappus pilosus stipitatus:
calix duplex.*

✖ * **LEONTODON TARAXACUM.**

Calyce exteriore reflexo, scapo unifloro, foliis runcinatis glabris, laciniis lanceolatis dentatis.
Fl. dan. 574.

Vulgaris dicta *Cicoria selvatica*, vel *Dente di Cane.*

Apargia. Apargia.

*Receptaculum nudum: pappus plumosus sessilis:
calix imbricatus.*

APARGIA ALPINA.

Scapo unifloro squamoso superne incrassato subhirsuto, calycibus hispidis, foliis lanceolato-oblongis glabriusculis. Fl. ped. t. 14. f. 4.

In pratis alpinis frequens ubi variat foliis integerrimis, et dentatis.

APARGIA HASTILIS.

Scapo unifloro nudo, calyceque glabro, foliis lanceolatis runcinato-dentatis glabris. Fl. ped. t. 70. f. 5.

In pascuis prope s. *Maria di Verezzo* unicam inveni stirpem clarissimum *Carestia*, secus Sessitem prope *Allagna* etiam collegit.

APARGIA TARAXACI.

Scapis subbifloris erectis subnudis superne in-

crassatis, calycibus pilosis, foliis lanceolatis runcinato-dentatis glabris. Fl. ped. t. 31. f. 1.

In pascuis alpium non rara.

APARGIA AUTUMNALIS.

Scapis ramosis declinatis squamosis, foliis lanceolatis runcinato-pinnatifidis glabriusculis. Fl. dan. 501.

In pratis etiam circa Novariam vulgaris.

APARGIA CRISPA.

Scapo nudo unifloro, calyceque hirto, foliis runcinato-pinnatifidis hirtis, laciinis recurvis dentatis, pilis trifurcatis. Vill. Delph. 3. t. 25.

Ad rupes *di Cima Mullera* in Ossula, unice et rara crescit me observante, *Carestia* hanc collegit stirpem in magna valle Sessitis supra *Scopa*.

APARGIA HISPIDA.

Scapo nudo unifloro, calyce hirto, foliis runcinato-dentatis hirtis, pilis furcatis.

In pratis ubique.

APARGIA VILLARSI.

Scapo nudo unifloro, calyceque glabriusculo, foliis pinnatifido-dentatis hispidis, pilis simplicibus subulatis. Vill. Delph. 3. t. 25.

Ad montem Turlum collegit *Carestia*.

THRINCIA. Trincia.

Receptaculum favosum, pappus difformis marginalis multidentatus, centralis stipitatus plumosus: calix 8-phyllo.

THRINCIA HIRTA.

Scapo unifloro, calyce glabriusculo, basi squa-

mulis aucto, foliis lanceolatis sivato-dentatis,
pilis simplicibus.

In paschis alpinis vallis Sessitis *versus* *Alt-*
lagna collegit clariss. *Carestia*.

Picris. *Picre*.

Receptaculum nudum: pappus plumosus stipitatus:
sem. transversim striata: calyx calyculatus.

PICRIS HIERACIOJDES.

Caule erecto scabro, foliis amplexicaulibus
lanceolatis dentatis, floribus corymbosis, ca-
lyce exteriore laxo. Lam. illust. t. 648. f. 2.

Ad agrorum margines in montuosis vul-
garis.

Hieracium. *Ieracio*.

Receptaculum nudum: pappus pilosus: calyx
imbricatus ovatus.

HIERACIUM AUREUM.

Scapo unifloro subnudo, calycibus hispidis,
foliis lanceolato-spathulatis runcinato-dentatis
glabriusculis. Vill. Delph. 5. t. 55.

In summis alpibus frequens: varietatem fo-
liis simpliciter dentatis mihi obtulit *Carestia*.

HIERACIUM ALPINUM.

Scapo unifloro, subnudo villoso, calyce villo-
sissimo, foliis lanceolatis integerrimis acutis
villosis. Fl. ped. t. 14. f. 2.

Alpibus di *Formazza* unice observavi.

¶ HIERACIUM PILOSELLA.

Foliis integerrimis ovatis, subtus tomentosis, stolonibus repentibus, scapo unifloro. Bull. herb. t. 279.

In pascuis, et ad vias ubique, ubi dum pagina foliorum inferior est tomentosa, superior pilis longissimis obtegitur.

HIERACIUM AURICULA.

Scapo unifolio, subsexfloro, floribus umbellatis, foliis lanceolatis acutis integerrimis, stolonibus repentibus. Fl. dan. 1044.

In pascuis glareosis.

HIERACIUM REPENS.

Scapo ramoso multisfloro, nudo piloso, foliis oblongis obtusiusculis integerrimis, stolonibus repentibus.

In pratis siccis circa hanc urbem, praesertim *alla Bicocca* occurrit, et crescit, etiam inter portam *di Vercelli*, et *s. Stefano*.

HIERACIUM FLORENTINUM.

Scapo folioso glabriusculo, floribus corymbo-so-paniculatis, pedunculis propriis divaricatis, calycibus hirtis, foliis lanceolatis acutis integerrimis subglabris. Moris. 5. s. 7. t. 8. f. 11.

In ericetis Ticini non rarum.

HIERACIUM STATICAEFOLIUM.

Scapo subnudo ramoso subtrifloro, pedunculis squamosis, foliis linear-lanceolatis denticulatis glabris. Fl. ped. t. 81. f. 2.

In pratis siccis collium abundat.

HIERACIUM AURANTIACUM.

Scapo folioso hispido, floribus corymbosis, pedunculis glomeratis, foliis oblongis acutiusculis, piloso hispidis. Fl. ped. t. 14. f. 1.

Ad rupes *di Armenio* raro occurrit.

HIERACIUM HUMILE.

Caule erecto paucifloro, pedunculis calycibusque pilosis, foliis oblongis, basi subpinnatifidis. Jacq. aust. t. 189.

Alpibus Sessitis inter *la Rosa*, et *il Turlo* unicum specimen collegit *Carestia*.

HIERACIUM SAXATILE.

Caule erecto ramoso, foliis linear-lanceolatis subintegerrimis utrinque attenuatis, basi ciliatis. Jacq. obs. Bot. 2. t. 50.

In pascnis sterilibus subalpinis frequens, nec desideratur ad Ticini criceta.

HIERACIUM MURORUM.

Caule erecto folioso, piloso, simplici, floribus paniculatis, foliis ovatis, basi profunde-dentatis. Fl. dan. 1115.

Circa urbem ad muros, in collium apricis vulgare, ubi variat foliis plus, vel minus laciniatis.

HIERACIUM SYLVATICUM.

Caule folioso erecto simplici, foliis oblongis villosis subdentatis, floribus paniculatis. Fl. ped. t. 28. f. 1.

Ad vias collum, praesertim circa Varallunx frequens.

HIERACIUM PALUDOSUM.

Caule simplici, foliis glabris oblongis, basi attenuatis runcinato-dentatis, caulinis amplexicaulibus, floribus paniculatis calycibus hispidis.

In valle *di Strona* supra *Luzogno*.

HIERACIUM AMPLEXICAULE.

Caule erecto ramoso, foliis ovato-cordatis amplexicaulibus, basim versus dentatis, pedunculis, calycibus que hirsutis.

In circumdariis montis *Rosa* collegit *Carestia*.

HIERACIUM PYRENAICUM.

Caule erecto simplici sulcato glabriusculo, foliis radicalibus oblongis, basi profunde dentatis, caulinis lanceolatis hastato-sagittatis amplexicaulibus dentatis, calycibus laxis pilosis.

In circumdariis *di Crodo* versus *la Miniera d'oro* unice observavi.

HIERACIUM GRANDIFLORUM.

Caule adscendente simplici sulcato piloso viscoso, foliis lanceolatis recurvato dentatis, caulinis subdentatis amplexicaulibus sagittato-hastatis, calycibus hispidis. Fl. ped. t. 29. f. 23.

Secus torrentem *Lanza* non raro; in pratis alpinis Sessitis frequentem adnotavit *Carestia*.

HIERACIUM VILLOSUM.

Caule erecto subramoso, foliisque villosis, radicalibus oblongo-lanceolatis dentatis, caulinis ovatis cordatis amplexicaulibus subdentatis, calycibus villosissimis patulis. Jacq. aust. t. 87.

Ad rupes dictas *Corna del Nibbio* unicam inveni stirpem.

HIERACIUM SABAUDUM.

Caule erecto simplici, foliis ovato-oblongis subglabris acutis sessilibus subamplexicaulibus, basim versus dentatis, floribus corymbosis. Fl. ped. t. 27. f. 2.

In sylvis subalpinis frequens.

* **HIERACIUM UMBELLATUM.**

Caule erecto simplici, foliis linearibus subdentatis, floribus corymboso-umbellatis. Fl. dan. 680.

Ad moenia urbis, et secus aquaeductum la-
Biraga vulgare. Ad alpes ascendit.

HIERACIUM PRENANTHOIDES.

Caule erecto simplici, foliis lanceolatis cordatis amplexicaulibus denticulatis pubescentibus, floribus racemoso-corymbosis. Fl. ped. t. 27. f. 1. 5.

Alpibus Sessitis collegit Carestia.

Crepis. Crepide.

Receptaculum nudum: pappus pilosus: cal. calycue latus: squamis difformibus.

CREPIS ALPINA.

Foliis ovatis cordato-sagittatis amplexicaulibus dentatis, pedunculis elongatis unifloris, calycibus hispidis exterioribus membranaceis scarriosis.

Alpibus del Margozzo rara.

CREPIS TECTORUM.

Foliis glabriusculis lanceolato-runcinatis, laciniiis adscendentibus, summis linearibus filiformi-sagittatis amplexicaulibus, floribus corymbosis, calycibus pubescentibus. Fl. dan. 501.

In sabulosis Ticini, Sessitis, et Atisonis occurrat.

CREPIS BIENNIS.

Foliis hispidis runcinato-pinnatifidis summis sessilibus lanceolatis dentatis, carina hispido-aculeatis, calycibus pubescentibus muricatis. Bauh. hist. 2. p. 1025.

In pratis etiam circa urbem.

CREPIS PINNATIFIDA.

Foliis glabris sessilibus lanceolatis pectinato-pinnatifidis apice integerrimis, caule erecto ramoso, calycibus pubescentibus.

In subalpinis, locis pinguioribus, rara crescit, in circumdariis Intræ ad margines pratorum *di s. Giovanni*; in collibus *di Prato* ego collegi, ex valle Sessitis retulit quoque amicus *Carestia*.

Hypochaeris. *Ipoheride.*

Receptaculum paleaceum: pappus subplumosus:
cal. imbricatus.

HYPOCHAERIS HELVETICA.

Caule simplici folioso unifloro, foliis lanceolatis dentatis. Fl. ped. t. 52. f. 1.

In parva valle Sessitis versus *Rimella* ego, in magna valle *alla Riva Italiana Carestia* legit.

HYPOCHAERIS GLABRA.

Glabra, calycibus oblongis imbricatis, caule ramoso nudo, foliis dentato-sinvatis. Fl. dan. 424.

In pascuis Ticini, et subalpinis vulg. Crescit quoque in illis s. Bartholomaei hujus urbis.

HYPOCHAERIS RADICATA.

Foliis runcinatis obtusis scabris, caule ramoso nudo laevi, pedunculis squamosis. Fl. dan. 150.

In pratis siccis, et pascuis.

Lapsana. *Lassana*.

*Receptaculum nudum: pappus nullus: semina rectae:
calyx calyculatus.*

LAPSANA COMMUNIS.

Caulescens ramosa, foliis ovatis petiolatis angulato-dentatis. Lob. ic. 207. f. 1.

Secus vias, et *sepes* etiam circa hanc urbem.

Cichorium. *Cicoria*.

*Receptaculum subpaleaceum: pappus polyphyllus
paleaceus: calyx calyculatus.*

✳ * **CICHORIUM INTYBES.**

Floribus axillaribus, geminis subsessilibus, foliis runcinatis. Lob. ic. 228. f. 2.

In pascuis, vulgo dicta *Cicoria*.

Arctium. *Bardana*.

*Receptaculum paleaceum: pappus setoso-paleaceus:
cor. flosculosa: cal. subglobosus squamis hamulosis.*

✳ * **ARCTIUM LAPPA.**

Foliis caulinis cordatis petiolatis denticulatis, calycibus laevibus. Lam. illust. t. 665.

In ruderatis, et ad vias circa hanc urbem, vulgo dicta *Bardana*.

Serratula. *Serratola*.

Receptaculum paleaceum : pappus plumosus : cor.
flosculosa : cal. imbricatus cylindraceus.

* SERRATULA TINTORIA.

Foliis argute-serratis, basi subpinnatifidis, co-
rymbo fastigiato. Fl. dan. t. 281.

Serratola Matt. 995.

In sylvis collium, nec deest in illis *della*
Vesca prope hanc urbem, et secus Ticinum.

SERRATULA ALPINA.

Foliis subtus villosis dentatis, radicalibus ova-
to-lanceolatis, floribus terminalibus subumbel-
latis. Fl. dan. t. 37.

Ad montem *Moro* ego, ad *Turlum Care-*
stia collegit.

* SERRATULA ARVENSIS.

Foliis lanceolatis, pinnatifido-dentatis undula-
tis, spinosis, glabris, caule paniculato. Fl.
dan. 644.

In arvis nimis infesta.

Carduus. *Cardo*.

Receptaculum villosum : pappus capillaris : cor. flo-
sculosa : cal. imbricatus ventricosus.

CARDUUS NUTANS.

Foliis semidecurrentibus spinosis, floribus cer-
nuis, squamis calycinis superne patentibus.
Fl. dan. t. 675.

Secus viam della Biandrina vulgaris.

CARDUUS ACANTHOIDES.

Foliis decurrentibus sivato-spinosis, calycibus globosis subpedunculatis, squamis linearibus recurvatis. Jacq. aust. t. 249.

Abundat secus vias oryzarum, praesertim *Gionzana*, et *Peltrengo*.

CARDUUS PERSONATA.

Foliis caulinis semidecurrentibus oblongis indivisis spinoso-dentatis, subtus subvillosis, radicalibus, basi pinnatifidis, floribus subsessilibus congestis, calycinis squamis recurvatis. Jacq. aust. t. 348.

Ad oras sylvarum alpium, abundat quoque montem Ossulanum.

CARDUUS DEFLORATUS.

Foliis semidecurrentibus pinnatifido-serratis subspinoso-ciliatis nudis, radicalibus indivisis, pedunculis longissimis unifloris lanuginosis. Jacq. aust. t. 89.

Ad colles, et subalpina loca vulgaris.

Cnicus. Cnico.

Receptaculum villosum : pappus plumosus : cor.

floscula : cal. imbricatus ventricosus.

CNICUS PALUSTRIS.

Foliis decurrentibus nudis lanceolatis dentatis, margine spinosis, floribus racemoso-glomeratis, squamis calycinis ovato-lanceolatis mucronatis adpressis. Moris. hist. 5. p. 153. s. 7. t. 52. f. 15.

Secus fossas, et aquaeductus, locis humidis
abundat.

CNICUS LANCEOLATUS.

Foliis decurrentibus hispidis pinnatifidis, la-
ciniis bilobis divaricatis spinosis, calycibus
ovatis arachoideo-pubescentibus, squamis lan-
ceolatis spinosis patentibus. Fl. dan. 1175.

In pascuis, ed ad vias glarcosas ubique.

CNICUS HETEROPHYLLUS.

Foliis amplexicaulibus cordatis lanceolatis ser-
ratis ciliatis, subtus tomentosis, inferioribus
subincisis, calycinis squamis lanceolatis ad-
pressis submucronatis. Fl. dan. 109.

In valle *di Vigezzo* unice vidi.

CNICUS HELENOJDES.

Foliis subcordatis amplexicaulibus lanceolatis
ciliatis, subtus tomentosis, inferioribus subin-
cisis, floribus aggregatis calycinis squamis
lanceolatis adpressis mucronatis.

Ad radices montium *di Allagna* collegit
Giordani.

CNICUS HERISITHALES.

Foliis amplexicaulibus pinnatifidis ciliatis, pe-
dunculis cernuis, calycibus glutinosis, squa-
mis lanceolatis patulis. Jacq. aust. t. 510.

In subalpinis frequens, nec deest secus vias
oryzarum.

CNICUS ACAULIS.

Foliis pinnatifidis dentatis ciliato-spinosis, pe-
dunculis radicalibus unifloris, calycinis squa-
mis lanceolatis arcte imbricatis. Fl. dan. 1114.

In pascuis alpinis, et subalpinis frequens
ubi etiam caulescit.

CNICUS SPINOSISSIMUS.

Foliis amplexicaulibus pinnatifidis dentatis spinosis pubescentibus, caule simplici, floribus terminalibus congestis, calycinis squamis lanceolatis spinosis.

In rupibus alpinis, praesertim vallis di *Vegazzo* non frequens.

Onopordum. *Onopordo.*

Receptaculum savosum: pappus capillaris: cor. flosculosa: cal. imbricatus subrotundus.

⊕ ONOPORDUM ACANTHUM.

Calycinis squamis patentissimis, foliis decurrentibus tomentosis sivatis dentatis spinosis. Fl. dan. t. 909.

Acanzio. Matt. 686.

In ruderatis etiam circa hanc urbem frequens.

ONOPORDUM ROTUNDIFOLIUM.

Acaule, calyce oblongo subsessili, squamis oblongo-lanceolatis tomentosis inermibus, foliis petiolatis subrotundo-ovatis subcordatis, crenato-dentatis inermibus tomentosis. Fl. ped. t. 58. f. 1.

Ad rupes vallis di *Vedro* versus *Varzo* non rarum.

Carlina. *Carlina*.

*Receptaculum paleaceo-setosum: pappus paleaceo
plumosus: cor. flosculosa: cal. imbricatus
radiatus.*

* CARLINA ACAULIS.

Caule simplici unifloro, foliis pinnatifidis nudis, lacinias inciso-dentatis spinosis. Lam. encycl. t. 616.

Secus vallem Ossulae, et Sessitis locis apri-
cis vulgaris, ad montem *Fenera* varietatem
caulescentem collegi.

CARLINA VULGARIS.

Caule multifloro, corymboso, pubescente,
foliis lanceolatis dentatis spinosis, subtus pu-
bescentibus. Lam. illust. t. 662.

In pascuis sabulosis Ticini, Aconiae etc.
frequens.

Bidens. *Bidente*.

*Receptaculum paleaceum planum: semina tetragona:
pappus aristatus: calyx subaequalis calyculatus.*

* BIDENS TRIPARTITA.

Floribus discoideis, calycibus exterioribus flo-
re majoribus, seminibus erectis, foliis tripar-
titi lanceolatis dentatis.

Ad fossas ubique.

BIDENS CERNUA.

Floribus subradiatis cernuis, calyce exteriore

flore longiore, foliis lanceolatis subconnatis dentatis. Fl. dan. 312.

Sucus aquaeductus locis pinguibus varians altitudine, cum radio, vel absque radio.

Cacalia. *Cacalia.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus:
cal. calyculatus.

CACALIA ALPINA.

Caule herbaceo, foliis petiolatis cordatis dentatis glabris, petiolis nudis, corymbis fastigiatis, calycibus subquinque floris. Jacq. aust. t. 254.

In pratis, et pascuis alpinis non rara.

CACALIA ALBIFRONS.

Caule herbaceo, foliis petiolatis cordatis dentatis, subtus incanis, petiolis basi auriculatis, corymbis fastigiatis, calycibus subquinque floris. Jacq. aust. t. 255.

In locis praecedentis crescit, sed magis abundat.

CACALIA LEUCOPHYLLA.

Foliis reniformibus utrinque candidissimis, calycibus hirsutis multifloris, floribus corymbosis. Vill. Fl. Delph. 5. p. 171.

Ad montem Rosa collegit Carestia.

Eupatorium. *Eupatorio.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus seu scaber:
calix imbricatus cylindricus.

† * EUPATORIUM CANNABINUM.

Foliis petiolatis tripartitis, laciniis lanceolatis serratis intermedia longiore. Fl. dan. 745.

Eupatorio d' Avicenna. Matt. 524.

Ad aqueductus, praesertim oryzarum, ubi folia quinque partita saepissime occurunt.

Chrysocoma. *Crisocoma.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: cal.
imbricatus hemisphaericus.

CHRYSOCOMA LINOSYRIS.

Herbacea, foliis linearibus glabris, calycibus laxis. Fl. ped. t. II. f. 2.

Secus Verbanum, praesertim ad colles *di Belgirate.*

SYNGENESIA SUPERFLUA.

Tanacetum. *Tanaceto.*

Receptaculum nudum: pappus submarginatus:
cor. radii trifidae.

† * TANACETUM VULGARE.

Foliis bipinnatis incisis serratis. Lam. illust. t.
 696. f. 1.

Tanacetum. Matt. 958. 48o.

Ad fossas, et oras sylvarum frequens, ad vias cretaceas *della Bicocca*, et *Oleno* saepissime flores radiati evadunt.

Artemisia. Artemisia.

Receptaculum subnudum: pappus nullus:
cor. radii nulli.

★ **ARTEMISIA GLACIALIS.**

Caule herbaceo simplicissimo, foliis omnibus palmato-multifidis candidis, sericeis floribus terminalibus glomeratis sessilibus globosis. Fl. ped. t. 8. f. 5.

In cacuminibus alpium ad nivem deliquescentem, uti ad montem *Moro*, *Turlo*, *Rosa*, *Cistella*, *Campello*, etc. vulgo dicta *Genepì*.

ARTEMISIA MUTELLINA.

Caule herbaceo simplicissimo, foliis omnibus palmato-multifidis, albido-sericeis, floribus axillaribus oblongis inferioribus pedunculatis suminis sessilibus. Fl. ped. t. 9. f. 1.

Cum praecedente crescit, sed magis abundat nomine vulgari *Genepì*, quoque ab alpicolis appellatur.

ARTEMISIA SPICATA.

Caule herbaceo simplicissimo, foliis cano-sericeis, radicalibus palmato-multifidis, caulinis pinnatifidis, summis linearibus integerrimis obtusis, floribus axillaribus insimis pedunculatis. Fl. ped. t. 8. f. 1.

In cæcum inibus montis *Turlo*, et *Cistella* unice, et rara; clariss. *Carestia* ex monte *Rosæ* retulit.

ARTEMISIA TANACETIFOLIA.

Caule simplicissimo herbaceo, foliis bipinnatifidis subpubescentibus, laciniis linear-lanceolatis acuminatis integerrimis, racemo nudo terminali, floribus nutantibus. All. Fl. ped. t. 10. f. 5.

Ad montem *Rosæ* collegit medicus *Gordanii*.

ARTEMISIA CAMPESTRIS.

Foliis caulinis setaceis pinnatis glabris, radicalibus pinnatis, laciniis trifidis incanis, caule procumbente ramoso virgato, floribus ovatis pedunculatis.

Un' altra Ambrosia. Matt. 460. 900.

In ericetis Ticini non rara.

† * **ARTEMISIA VULGARIS.**

Foliis subtus tomentosis, caulinis pinnatifidis, laciniis lanceolatis subdentatis acutis, floralibus indivisis, linearibus lanceolatis, floribus subsessilibus oblongis erectis, calycibus tomentosis. Lob. ic. t. 764. f. 2.

Ad vias, et fossas sere ubique, vulgo dicta *Artemisia*.

Gnaphalium. Guafilio.

*Receptaculum nudum: pappus plumosus:
calyx scariosus: squamis concavis.*

✖ **GNAFALIUM DIOJCUM.**

Sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, foliis radicalibus spathulatis, corymbo coarctato, floribus diojcis, calycinis squamis interioribus elongatis obtusis coloratis. Lob. ic. t. 485. f. 2.

In pascuis, et rupibus montanis, praesertim in circumdariis *di Rima* vulgare, variat flore rubro, albo, et variegato.

GNAPHALIUM ALPINUM.

Caule non sarmentoso simplicissimo, foliis radicalibus lanceolatis, floribus terminalibus aggregatis sessilibus, calycinis squamis inferioribus elongatis acutis membranaceis. Fl. dan. t. 552.

Summis alpibus, praesertim *di Formazza*, et *di Vedro*.

GNAPHALIUM SYLVATICUM.

Caule herbaceo simplicissimo erecto, foliis lanceolatis utrinque attenuatis, et lanatis, floribus terminalibus axillaribusque sessilibus spicatis. Fl. dan. 254.

In pascuis subalpinis vulgare, occurrit quoque in campis sabulosis prope Ticinum.

GNAPHALIUM RECTUM.

Caule herbaceo erecto simplici, foliis linearilanceolatis subtus sericeis, floribus terminali-

bus, et axillaribus sessilibus spicatis. Fl. dan.

1229.

Ad rupes subalpinas vulgare occurrit quoque secus Ticinum *alla Costa*, et ad pascua hujus urbis.

GNAHALIUM SUPINUM.

Caule herbaceo simplici procumbente, foliis linearibus acutis tomentosis, floribus capitatis. Bocc. mus. 107. t. 85.

Ad rupes *di Fariolo*, et *del Nibio* ego, ad illas vallis Sessitis collegit *Carestia*.

GNAHALIUM PUSILLUM.

Caule herbaceo simplicissimo suberecto subtrifloro, foliis linearibus acutis, tomentosis, sarmenibus procumbentibus.

Ad foveas graniti rubri *di Baveno* rara.

GNAHALIUM ULIGINOSUM.

Caule herbaceo ramoso diffuso lanato, foliis linear-lanceolatis utrinque angustatis tomentosis, floribus terminalibus congestis. Lob. ic. 481. f. 1.

Pascuis, et locis humidis uti ad vias s. Bartholomaci hujus urbis vulgare, ubi caule prostrato, et erecto, foliis albo-lanatis, et viridibus variat.

GNAHALIUM LEONTOPODIUM.

Caule herbaceo simplicissimo, foliis linear-lanceolatis, subtus tomentosis, floribus terminalibus sessilibus aggregatis, bracteis lanceolatis lauatis, radiato-patentibus, calycibus villosis. Jacq. aust. 86.

Ad rupes summarum alpium, praesertim *alla Rosa*, *Turlo* ego, et amicus *Carestia* observavimus.

GNAPHALIUM GALLIGUM.

Herbaceum, caule erecto subdichotomo, foliis linearibus acuminatis canescens, floribus confertis aribris terminalibusque.

In sabulosis collium Verbani lacus.

* GNAPHALIUM ARVENSE.

Herbaceum, caule erecto paniculato, foliis oblongo-lanceolatis lanuginosis, floribus congestis lateralibus terminalibusque tomentosis.

In pascuis, et arvis sabulosis vulgare.

XERANTHEMUM. Serantemo.

Receptaculum paleaceum : pappus paleaceo-setaceus : cal. scariosus : radio explanato.

XERANTHEMUM INAPERTUM.

Calycinis squamis acutis, margine membranaceis, interioribus radii lanceolatis acutis coniventibus Moris. hist. 5. p. 45. s. 6. t. 12. f. 1.

Ad muros hujus urbis vulgare.

Carpesium. Carpesio.

Receptaculum nudum : pappus nullus : cor. radii quinque fidiae.

CARPESIUM CERNUUM.

Floribus terminalibus solitariis cernuis. Jacq. aust. t. 204.

Ad fossas, praesertim secus vias oryzarum ubique.

Conyza. *Coniza.*

Receptaculum nudum : pappus pilosus : cor. radii trifidae.

* CONYZA SQUARROSA.

Foliis scabris, caulinis ovato-oblongis serratis, ramis oblongo-lanceolatis subintegerrimis, caule herbaceo corymboso, calycibus squarrosis. Fl. dan. 622.

Baccara. Matt. 772. 400.

Ad Ticinum secus la Costa, nec deest ad moenia hujus urbis.

CONYZA SAXATILIS.

Foliis linearibus subdentatis, pedunculis longissimis unifloris, caule suffruticoso. Bocc. mus. 142. t. 104.

Ad rupes Ossulae, speciatim supra Varzo non rara.

Erigeron. *Erigero.*

Receptaculum nudum : pappus pilosus : cor. radii capillares.

ERIGERON CANADENSE.

Caule floribusque paniculatis hirtis, foliis lanceolatis ciliatis. Fl. dan. 292.

Ad vias etiam circa hanc urbem ubique.

ERIGERON VILLARSII.

Foliis lanceolatis trinerviis scabris subdentatis

sessilibus, caule paniculato radio disco breviore. Bellard. append. Fl. ped. t. 7.

Inter montem *Rosa*, et *Turlo* collegit clarissimus *Carestia*.

† ERIGERON ACRE.

Pedunculis alternis unifloris. Fl. dan. 874.

In coilih ad vias vulgare.

ERIGERON ALPINUM.

Caule subbilloro, calyce subhirsuto, foliis obtusis, subtus villosis.

In pascuis summarum alpium vulgare, ad montem *Rosa* verietatem caule ramoso, et floribus albis. Observavit clariss. *Carestia*.

ERIGERON UNIFLORUM.

Caule unifloro, calyce piloso. Fl. dan. 292.

Pratis summis alpium vulgare. Varietatem *pusillam* vix semipolicarem flore purpureo, et ego et amicus *Carestia* collegimus ad montem *Rosa* prope il Tagliaferro.

Tussilago. *Tussilaggine*.

Receptaculum nudum: *pappus pilosus*: *cal.*
squamis submembranaceis.

TESSILAGO ALPINA.

Scapo unifloro subnudo, flore discoideo, foliis reniformibus dentatis glabris. Jacq. aust. 246.

Locis umbrosis summarum alpium, praesertim al *Campello*.

† * TESSILAGO FARFARA.

Scapo unifloro subnudo bracteato, flore ra-

dato, foliis cordatis angulatis dentatis, sub-
tus pubescentibus. Fl. dan. 595.

Tussilagine. Matt. 895. 457.

Collibus *di Maggiora*, et prope hanc ur-
bem secus viam Mediolani, vulgo *Farsara*.

TUSSILAGO ALBA.

Thyrso fastigato, floribus discojdeis, foliis
orbiculato-cordatis duplicato-argute dentatis,
subtus villoso-pubescentibus. Fl. dan. 524.

Vallibus a'pinis rarissima, in illa *di Bugnan-
co*, et ad montem *Crestese* frequens.

† TUSSILAGO PETASITES.

Thyrso oblongo, floribus discojdeis, foliis ob-
longo-cordatis inaequaliter denticulatis, sub-
tus pubescentibus, lobis approximatis. Lam.
illust. 674. f. 1.

Tussilagine maggiore. Matt. 494.

Loci humidis, ad torrentes collium, mon-
tium, et alpium vulgaris, varians floribus fe-
re omnibus hermaphroditis vix pedunculatis,
vel omnibus fere foemineis pedunculis longis-
simis suffultis.

Senecio. *Senecio.*

*Receptaculum nudum : pappus pilosus : cal. squamis
apice sphacelatis.*

‡ SENEPIO VULGARIS.

Corollis nudis, foliis amplexicaulibus pinnati-
fidis dentatis, floribus corymboso-coarctatis.
Fl. dan. 515.

Senecio. Matt. 1191. 572.

In arvis, et pascuis ubique.

SENECIO VISCOSUS.

Corollis revolutis, foliis pinnatifidis viscidis, squamis calycinis laxis, longitudine perianthii.

In montuosis Ossulae vulgaris, nec deest ad colles Verbani.

SENECIO UNIFLORUS.

Corollis radiantibus, foliis tomentosis oblongis dentatis, caule folioso unifloro. Fl. ped. t. 17. f. 5.

In montuosis *d' Allagna* versus montem *Rosa* collegit *Carestia*, ego ad *Campellum*, et montem *Cistella*.

SENECIO INCANUS.

Corollis radiantibus, foliis utrinque tomentosis niveis, pinnatifidis, laciinis linearibus obtusis subdentatis, corymbo coarctato. Barr. ic. 262. f. 1.

In summis rupibus alpium *di Formazza*, montis *Moro*, et illis *supra Farzo* collegi.

SENECIO ABROTANIFOLIUS.

Corollis radiantibus, foliis pinnato-multifidis linearibus nudis acutis, pedunculis subbifloris. Jacq. aust. t. 79.

Ad montem *Rosa* observavit clarissimus Allionius, ad alpes vallis *di Vogna* abundantem collegit amicus *Carestia*.

* SENEPIO JACOBAEA.

Radio patente, foliis lyrato-bipinnatifidis divaricatis dentatis glabris, caule erecto.

In pascuis umbrosis ubique. Apud nos varietas *foliis inferioribus ovatis vix dentatis* crescit, variat quoque *disco nudo*, et *radiato*.

SENECIO DORIA.

Corollis radiantibus, squamis calycinis exterioribus patulis, foliis subdecurrentibus oblongo-lanceolatis glaucescentibus glabris serratis. Jacq. aust. t. 185.

Secus vatem Siccidam, et Ossulac ad rupes.

SENECIO SARACENICUS.

Corollis radiantibus, foliis lanceolatis, basi cuneatis argute-serratis subsessilibus glabriusculis. Jacq. aust. t. 186.

In silvis subalpinis, nec deest ad montem Moro.

Aster. *Astere*.

Receptaculum nudum : pappus pilosus : cal. subsquarrosus.

ASTER ALPINUS.

Caule unifloro, foliis integerrimis, radicalibus lanceolato-spathulatis, caulinis lanceolatis, calycinis squamis subaequalibus lanceolatis, obtusiusculis. Jacq. aust. 88.

Alibus praeceteris *d' Anzasca, Sempione* ec. vulgaris, ubi occurrit etiam flore albo.

ASTER AMELLUS.

Foliis oblongo lanceolatis integerrimis scabris, ramis corymbosis, calycibus imbricatis subsquarrosis, foliolis obtusis interioribus membranaceis apice coloratis. Jacq. aust. t. 455.

Aster attico, Matt. 1254. 588.

Ad rupes *di Pella, lacus Cusii, et alla Colma* non frequens.

Solidago. *Solidaggine.*

*Receptaculum nudum: pappus pilosus: cor. radii
subseni remoti.*

* SOLIDAGO VIRGAURA.

caule erecto tereti, superne ramoso, et pubescente, foliis caulinis lanceolatis, utrinque attenuatis serratis, inferioribus ellipticis pilosusculis, racemis erectis, ligulis elongatist. Fl. dan. 665.

In sylvis collium, et montium frequens, nec deest ad Ticini promontorium.

Cineraria. *Cineraria.*

*Receptaculum nudum: pappus pilosus: cal. aequalis
simplex.*

CINERARIA AURANTIACA.

Floribus subternis terminalibus, caule simplifici, foliis radicalibus ovatis obsolete crenatis, caulinis lanceolatis integerrimis, calycibus sphaerolatis. Fl. ped. t. 58. f. 2.

Ex monte Rosa retulit Carestia, ego ad summitates di Craveggia observavi varietatem foliis tomentosis accedentem ad *Cinerariam campestrem*.

CINERARIA LONGIFOLIA.

Floribus umbellato-corymbosis, caule simplici, foliis subdentatis radicalibus spathulatis, caulinis oblongo-lanceolatis. Jacq. aust. t. 181.

In montuosis d' *Intragna* supra *Premosello*, et *Pallanza* non frequens.

CINERARIA CORDIFOLIA.

Panicula pauciflora, caule simplici, foliis omnibus petiolatis cordatis duplicato-dentatis petiolis basi subdentatis. Jacq. aust. t. 176.

Ad montem Crestese unice collegi, *foliorum petiolis nondum dentatis.*

Inula. *Enula.*

Receptaculum nudum: pappus pilosus: antherae basi bisetae.

† INULA HELENIUM.

Foliis amplexicaulibus ovatis rugosis, subtus tomentosis, calycum squamis ovatis. Fl. dan. 728.

Elenio. Matt. 79. 56.

Ad rupes collum, et ad montem *Fenera* praesertim crescit.

† INULA DISSENTERICA.

Foliis amplexicaulibus cordato-oblongis nudis serratis, subtus pilosis, caule pubescente paniculato, ramis lateralibus apice longioribus patulis, calycinis squamis setaceis. Fl. dan. 410.

Conyza mezzana. Matt. 465. 92.

Ad vias oryzarum, praesertim Lumellinae frequens.

INULA PULICARIA.

Foliis amplexicaulibus oblongis undulatis villosis, caule erecto paniculato, pedunculis unifloris oppositifoliis, floribus subglobosis, radio minutissimo. Fl. dan. 615.

In pascuis, et ad vias locis aridis vulgatissima.

INULA SALICINA.

Foliis lanceolatis recurvis, serrato-seabris, ramis angustatis, floribus inferioribus altioribus. Fl. dan. 786.

In pratis, et collibus *di Vintebio*, et *Gri-gnasco* non rara.

INULA BIRTA.

Foliis sessilibus lanceolatis obsolete-serratis rigidis pilosis, caule subdiviso viloso subuni-floro, calycinis squamis lanceolatis. Jacq. aust. 558.

In sylvis, et pascuis collium inter lacus Cusii, et Verbani.

Arnica. Arnica.

Receptaculum nudum: pappus pilosus: stamina radii castrata.

‡ * **ARNICA MONTANA.**

Foliis ovatis integris, caulinis geminis oppositis. Fl. dan. 65.

Arnica officin.

In pratis alpinis montanis, et collium locis uliginosis vulgatissima, varians caule unifloro, et trifloro, vulgo dicitur *Tabacco di montagna*.

ARNICA DORONICUM.

Foliis remote dentatis hirsutis radicalibus petiolatis oblongis, basi angustatis, caulinis alternis oblongo-lanceolatis. Fl. ped. t. 17. f. 1. 2.

Summis alpibus *di Formazza*, et *Vanzone*

in valle *Anzasca* ego, ad montem *Turlum*
Carestia collegit.

ARNICA BELLIDIASTRUM.

Scapo unifloro nudo, foliis petiolatis obovatis repandis. Jacq. aust. t. 400.

Supra *Craveggia* in valle *Vegezzo* unice ob-servavi.

Doronicum. Doronico.

Receptaculum nudum: pappus pilosus: pappus radii nullus.

⊕ DORONICUM PARDALIANCHES.

Foliis denticulatis, summis subrotundo-cordatis mediis spathulato-cordatis inferioribus, et radicalibus cordatis petiolatis. Jacq. aust. t. 550.
Doronico officin.

In sylvis inter *Mejna*, et *Arona* unice vidi.

Bellis. Bellide.

Receptaculum nudum: pappus nullus: cal. squamis aequalibus simplex.

⊕ BELLIS PERENNIS.

Scapo nudo unifloro, foliis obovatis crenatis venosis. Fl. dan. 505.

In pratis ubique; vulgo *Margariino*.

Chrysanthemum. *Crisantemo.*

Receptaculum nudum: pappus nullus: cal. squamis intimis scariosis.

CHRYSANTHEMUM ATRATUM.

Foliis omnibus cuneiformi-oblongis argute-serratis, caule simplici unifloro erecto.

Secus Atisou in magna Ossulae valle supra Domum Ossulae rarum.

† * CHRYSANTEMUM LEUCANTHEMUM.

Foliis amplexicaulibus lanceolatis serratis, basi inciso-dentatis, caule erecto ramoso.

Bellide maggiore. Matt. 960.

In pratis ubique, varians foliis semipinnatifidis, et caule unifloro. Vernacule *Margaritoni.*

CHRYSANTHEMUM MONTANUM.

Foliis inferioribus petiolatis spathulatis serratis, superioribus linear-lanceolatis serratis, caule subuniflo. Fl. ped. t. 57. f. 2.

In pratis montanis frequens, crescit quoque circa hanc urbem, et cum praecedente confunditur.

Pyrethrum. *Piretro.*

Receptaculum nudum: pappus marginatus: cal. squamis acutiusculis margine scariosis.

PYRETHRUM ALPINUM.

Foliis inferioribus pinnatifido-dentatis, sum-

mis linearibus integerrimis, caule unifloro
Barr. ic. 458. f. 5.

In rupibus alpium locis editioribus frequens,
ubi varietas minima. Villarsii Fl. Delph. 5.
p. 202. saepe observatur.

PYRETHRUM CORYMBOSUM.

Foliis pinnatis, pinnis lanceolatis pinnatifidis
argute serratis, summis confluentibus, pedunculis
corymbosis. Jacq. aust. 579.

Secus vallem *della Strona* praecaeteris
abundat.

PYRETHRUM INODORUM.

Foliis bipinnatis, pinnis linearifiliformibus
bi-vel tri-partitis, caule diffuso ramoso, pappo
integerrimo. Fl. dan. 696.

In ruderatis vulgatissima dicta *Camamilla*
falsa.

✳ PYRETHRUM PARTHENIUM.

Foliis pinnatis, pinnis oblongis obtusis-pinnatifidis dentatis, summis confluentibus, caule ramoso, floribus corymbosis, radio calyce
fere duplo longiore, pappo dentato. Fl. dan. 674.

In olitoriis, et hortis spontanea crescit, et
abundat ut indigena dicenda. Vernacule *Cres-*
porella, *Erba matricale*.

Matricaria. *Matricaria.*

Receptaculum nudum conicum : pappus nullus :
cal. squamis intimis scariosis.

† MATRICARIA CHAMOMILLA.

Foliis bipinnatis, squamis calycinis obtusiusculis. Lob. ic. 770. f. 1.

In arvis ubique, vernaculae dicta *Camomilla.*

Anthemis. *Camamilla.*

Receptaculum paleaceum : pappus nullus :
cal. haemisphaericus.

ANTHEMIS COTA.

Foliis bipinnatisidis, laciiniis linearibus subulato-dentatis, paleis teretibus pungentibus, basi dilatatis. Moris. hist. 5. p. 56. s. 6. t. 8. f. 11.

In arvis *di Cerano* versus *Ticinum*, in ericetis *Burgimaneri*, et collibus.

† ANTHEMIS NOBILIS.

Foliis bipinnatis, foliolis tripartitis lineari-subulatis subvillosis, caule basi ramoso.

Camomilla romana officin.

In pascuis *Ticini*, et *Padi* saepe collegi.

ANTHEMIS ARVENSIS.

Receptaculis conicis, paleis lanceolatis, semi-nibus coronato-marginatis, foliis bipinnatis, laciiniis lanceolato linearibus.

In arvis, et ad vias vulgaris.

✳ ANTHEMIS COTULA.

Receptaculis conicis, paleis setaceis, seminibus nudis, foliis bipinnatis, foliolis subulatis tripartitis.

In arvis *di Candia* unice observavi.

* ANTHEMIS TINTORIA.

Foliis bipinnatidis serratis subtus pubescens tibus, caule erecto ramoso, pappo membranaceo integerrimo. Fl. dan. 741.

In collibus *di Maggiora, Gozzano, et Vergano* rara.

Achillea. *Achilea*.

Receptaculum paleaceum: pappus nullus: radius 5-florus: cal. oblongus.

ACHILLEA ERBA ROTTÀ.

Foliis linearibus, basi attenuatis serratis, cauleque glabris. Fl. ped. t. 9. f. 5.

In summis alpibus Sessitis collegit amicus *Carestia*.

✳ ACHILLEA PTARMICA.

Foliis linearibus acuminatis aequaliter argute serratis glabris. Fl. dan. 645.

Ptarmica. Matt. 617.

In pratis uliginosis *di Buscione ad Lacus Cusii vulgaris*.

ACHILLEA ALPINA.

Foliis linearibus pectinato-pinnatisidis glabris, laciniis subserratis, corynbo composite. Bocc. inus. t. 101.

Alpibus vallis *Antrona* unice observavi.

ACHILLEA ATRATA.

Foliis pectinato-pinnatis glabris, pinnis linearibus acuminatis subtripartitis cyma simplici, pedunculis pubescentibus, caule simplicissimo.
Jacq. aust. t. 77.

In editioribus alpibus, praesertim ad montes *Rosa*, *Turlo*, *Moro*, *Tagliaferro*, etc. *vulgaris*.

ACHILLEA MOSCHATA.

Foliis pectinato-pinnatis glabris, pinnis linearibus obtusiusculis integerrimis punctatis.
Jacq. aust. t. 53.

Cum praecedente crescit, et confunditur.

ACHILLEA NANA.

Foliis pinnatis villosis, pinnis dentatis linearibus radicalibus bipinnatis, caule simplicissimo. Fl. ped. t. 9. f. 5.

Cohabitat cum praecedente, sed magis abundant in pascuis montis *Moro*, et *Tagliaferro*.

ACHILLEA MACROPHYLLA.

Foliis pinnatis glabris, pinnis lanceolatis inciso serratis, extimis confluentibus, corymbo composito. Moris. hist. 5. s. 6. p. 58. t. 11.

Ad radices montium, praesertim valle *di Strona* versus *il Forno* non rara.

ACHILLEA TANACETIFOLIA.

Foliis bipinnatisidis, laciiniis lanceolatis serratis, corymbo composito patulo.

Ad oras sylvarum locis montanis frequens.

ACHILLEA DISTANS.

Foliis bipinnatisidis, laciiniis lanceolatis inciso-serratis, rachi alata inciso-serrata, corym-

bis fastigiatis compositis. Fl. ped. t. 55.
f. 1.

In pratis alpinis, praesertim *al Campello*,
et supra *Craveggia*.

ACHILLEA MILLEROLIUM.

Foliis bipinnatis glabriusculis pinnarum laci-
nialis linearibus dentatis. Fl. dan. 737.

Millefoglio minore. Matt. 1201. 574.

In pascuis, et ad vias ubique, variat flore
purpureo.

ACHILLEA TOMENTOSA.

Foliis bipinnatifidis villosis, pinnis confertis-
simis, laciniis linear-lanceolatis integerrimis,
corymbo composito. Clus. hist. 1. p. 550. f. 2.

In pascuis glareosis secus Ticinum, Aco-
niacum etc. vulgaris.

ACHILLEA LIGUSTICA.

Foliis bipinnatifidis, laciniis linearibus argu-
te-serratis, rachi alata integerrima, corymbo
composito fastigiata. Fl. ped. t. 55. f. 2.

In collibus *di Maggiora* loco dicto *alle*
Fornaci unicee collegi.

ACHILLEA NOBILIS.

Foliis caulinis bipinnatifidis, laciniis linearis-
bus subdentatis, rachi alata dentata, radicali-
bus triplicato-pinnatifidis, corymbo compo-
sito fastigiato. Moris. hist. 5. s. 6. p. 58. t. 11.

In apricis *di Premosello*, *Vogogna*, et *Or-
navasso* nec rara.

Buphtalmum. *Bastalmo.*

Receptaculum paleaceum: pappus marginatus:
semina radii marginata.

BUPHTALMUM AQUATICUM.

Calycibus obtuse, foliosis, sessilibus, alaribus, foliis oblongis, obtusis alternis subintegerrimis, canae dichotomo. Barr. ic. t. 552.

Ad fossas oryzarum, praesertim *di Robbio*, et *Confienza*.

SYNGENESIA FRUSTRANEA.

Centaurea. *Centaura.*

Receptaculum setosum: pappus pilosus: radius
corollae tubulosus.

CENTAUREA CENTAURIUM.

Calycibus inermibus, squamis ovatis obtusis, foliis pinnatis glabris, pinnis argute-duplicato-serratis decurrentibus, terminali lanceolata. Clus. hist. 2. p. 10. f. 2.

Centaurea maggiore. Matt. 690. 565.

Secus magnam Ossulae vallem ad rupes non rara.

CENTAUREA PHRYGIA.

Calycibus recurvato-plumosis, foliis oblongis indivisis scabris mucronato-serrulatis. Fl. dan. 520.

In pratis editioribus alpium frequens.

CENTAUREA FLOSCULOSA.

Calycibus recurvato-plumosis, corollis flosculosis, foliis hirtis lanceolatss remote dentatis.

In pratis alpinis vulgaris descendit usque ad colles *di Pallanza*.

CENTAUREA UNIFLORA.

Calyce recurvato plumoso, foliis lanceolatis subdentatis, tomentosis. Boc. mus. p. 20. t. 2.

In pratis vallis *di Vedro* supra *Varzo* rara.

* CENTAUREA NIGRA.

Calycibus erecto-plumosis, corollis flosculosis, foliis oblongis, radicalibus subpinnatifidis, caulinis indivisis serratis.

In circumdariis *d' Omegna*, et *Ornavasca* frequens in pratis.

CENTAUREA MONTANA.

Calycibus serratis, foliis glabriusculis lanceolatis integerrimis decurrentibus, caule simplici. Jacq. aust. t. 571.

In valle Vegetii supra s. Mariam unice inventi.

* CENTAUREA CYANUS.

Calycibus serratis, foliis linearibus sessilibus integerrimis, infimis, basi pinnatifidis.

Ciano minore. Matt. 557. 299.

In cerealibus ubique.

CENTAUREA PANICULATA.

Calycibus ciliatis ovatis adpressis, foliis inferioribus bipinnatifidis, superioribus pinnatifidis, caule paniculato. Jacq. anst. 520.

Alpibus Sessitis collegit *Carestia*.

CENTAUREA SCABIOSA.

Calycibus ciliatis pubescentibus, foliis pinnatifidis scabriusculis, laciniis lanceolatis acutis, basi pinnatifidis.

In pratis montanis frequens.

* CENTAUREA IACEA.

Calycibus scariosis, squamis ovatis, apice laceris, foliis lanceolatis integerrimis, radicalibus subdentatis, ramis angulatis. Fl. dan. 519.

In pratis, et sylvis alpinis abundat.

CENTAUREA AMARA.

Calycibus scariosis, caulis decumbentibus, foliis lanceolatis integerrimis. Lob. icon. t. 548. f. 2.

In pascuis sabulosis, praesertim *d' Intra* vulgaris.

CENTAUREA RHAPONTICA.

Calycibus scariosis, squamis ovatis laceris, foliis ovato-oblongis denticulatis, subtus tomentosis. Lob. icon. 288.

Secus vallum *di Strona* prope *Luzzogno*, et *Casale*. In valle *Anzasca* versus *Vanzone* saepe observavi, ex valle *Sesia* retulit quoque *Carestia*.

CENTAUREA SOLSTIALIS.

Calycibus palmato-spinosis solitariis, spinis rectis, foliis canescensibus linearie lanceolatis decurrentibus integerrimis radicalibus lyritis.

In pascuis sterilioribus ubique.

Calendula. *Calendula.*

Receptaculum nudum: pappus nullus: semina membranacea.

✠ CALENDULA OFFICINALIS.

Seminibus cymbiformibus, muricatis incurvatis omnibus.

Calta. Matt. 1565. 645.

In arvis glareosis *di Cerano, Romentino,*
et Gaglione rara, vernacule Fiore da morto.



CLASSIS XX.

GYNANDRIA MONANDRIA



Orchis. *Orchide.*

Calcar. e basi labelli: stylus crassus: anthera terminalis adnata.

⊕ * ORCHIS BIFOLIA.

Labello linearie integerrimo obtuso, cornu germe duplo longiore, foliis caulinis vaginantis brevissimis, radicalibus binis oblongis, basi attenuatis. Fl. dan. 255.

In sylvis vulgaris.

ORCHIS GLOBOSA.

Labello tripartito, lacinia media emarginata, petalis apice mucronatis, cornu germe duplo breviore, spica densa ovata, foliis lanceolatis. Jacq. aust. 275.

In pratis collium vulgaris, nec deest illis dictis *della Cunetta* hujus urbis.

⊖ ORCHIS PYRAMIDALIS.

Labello tripartito, superne basi bicorni, lacinias aequalibus integerrimis, cornu germe subaequante, spica densa oblonga. Jacq. aust. 266.

In pratis subalpiis vulgaris, in circumdariis di Varallo varietatem collexit amicus Carestia pyramide apice profunde tripartita.

ORCHIS CORIOPHORA.

Labello tripartito, laciniis inaequalibus crenatis dependentibus, petalis conniventibus, cornu conico adscendente, germine triplo breviore. Jacq. aust. 122.

In ericetis frequens.

*⁺ **ORCHIS MORIO.**

Labello trilobo, lobis crenatis obtusis, medio emarginato, petalis adscendentibus obtusis, cornu conico adscendente, germine breviore. Fl. dan. 255.

In pascuis, et ericetis ubique, nec desideratur in pratis siccis della Cunetta hujus urbis.

*⁺ **ORCHIS MASCULA.**

Labello trilobo crenulato obtuso, lobo medio bifido, petalis acutis exterioribus reflexis, cornu conico adscendente, germinis longitudine. Fl. dan. 457.

In pratis collium vulgaris.

ORCHIS USTULATA.

Labello tripartito, laciniis linearibus punctatoscabris, media bipartita, petalis erectis acutis, cornu uncinato, germine triplo breviore, bracteis germen subaequantibus. Fl. dan. 105.

In pratis vallis Ticini, et pascuis subhumidis Padi non rara.

ORCHIS MILITARIS.

Labello tripartito punctato scabro, laciniis lateralibus linearibus intermedia biloba obtusa,

Cum mucrone interjecto, petalis acutis conniventibus, cornu recto, germe duplo breviore, bracteis obsoletis. Jacq. ic. rar. 5. t. 598.

In pratis Domus Ossulae unice observavi.

ORCHIS FUSCA.

Labello tripartito punctato scabro, laciniis lateralibus oblongis, intermedia ampla, biloba crenata cum mucrone interjecto, petalis acutis conniventibus, cornu rectiusculo, germe triplo breviore, bracteis germe quadruplo brevioribus. Jacq. aust. t. 176.

Collibus *di Boca*, *Maggiora* etc. non rara, sed ad alpes usque adscendit, collegi enim supra Crodum in valle *d' Antigorio*.

ORCHIS ENSIFOLIA.

Labello obcordato denticulato, petalis patentibus, cornu adscendente, germe triplo breviore, foliis lineariformibus. Vaill. paris. 150. t. 51. f. 54. 55.

Pratis montanis non rara.

ORCHIS PALLENS.

Labello leviter trilobo, lobo intermedio retuso, petalis lateralibus patentibus, cornu conico, germen subaequante, spica coarctata. Jacq. aust. 45.

In pascuis Padi frequens.

* **ORCHIS MIRCINA.**

Labello tripartito, laciniis lateralibus linearisubulatis, media elongata, germe triplo leuigiore linearis bifida, petalis conniventibus, cornu brevissimo conico scrotiformi. Jacq. aust. 367.

In pascuis *di Cureggio*, *Invorio*, et *Verzano* rara

ORCHIS LATIFOLIA.

Labello laeviter trilobo, lateribus reflexo, petalis superioribus conniventibus, binis lateralibus reflexis, cornu conico, germiue breviore, bracteis flore longioribus. Fl. dan. 266.

In pratis etiam circa Novariam *alla Cunetta vulgaris.*

ORCHIS INCARNATA.

Labello obsolete trilobo crenato, petalis acuminatis binis, exterioribus reflexis, cornu conico, germe breviore, bracteis flore subaequantibus.

In pratis montanis, praesertim versus *Cannobio*, et s. *Agata* rara.

ORCHIS SAMBUCINA.

Labello laeviter trilobo, crenato, petalis obtusiusculis binis, exterioribus reflexis, cornu conico, germiue breviore, bracteis florum longitudine.

In pascuis, et sylvis *d' Ameno*, *Vacciago*, etc. ad radices montium non frequens.

ORCHIS MACULATA.

Labello plano, trilobo, crenato, petalis superioribus conniventibus lateralibus patentibus, cornu cylindraceo, germe breviore, bracteis longitudine germinis. Fl. dan. 955.

In pratis collum ubique, nec deest illis *della Cunetta* hujus urbis.

ORCHIS ODORATISSIMA.

Labello obtuse trilobo, petalis lateralibus patentibus, cornu recurvo, germe duplo breviore. Jacq. aust. 264.

In pratis *di Scopa*, et *Pietre Gemelle* collegit amicus *Carestia*.

ORCHIS CONOSERA.

Labello obtuse-trilobo, petalis lateralibus patentissimi, cornu subulato, germine duplo longiore. Fl. dan. 294.

In pratis uliginosis collum vulgaris.

ORCHIS VIRIDIS.

Labello linearie apice tridentato, petalis conniventibus, cornu obtuso scrotiformi, bracteis flore sexquelongioribus. Fl. dan. 77.

In pratis, et pascais subalpinis non frequens occurrit; in valle del Mastallone magis abundat.

* **ORCHIS NIGRA.**

Labello ovato, acuminato indiviso, petalis patentibus, cornu obtuso scrotiformis, spica densa ovata, foliis linearibus. Jacq. aust. 568.

In pratis alpinis vulgaris. Flores atro-purpurei odoratissimi.

Ophrys. Ofride.

*Cor. subringens patens: labellum e basi styli patens:
anthera terminalis adnata.*

OPHYRS MONORCHIS.

Scapo nudo, labello tripartito, lacinias linearibus lateralibus divaricatis, bracteis longitudine germinis. Fl. dan. 102.

In pratis, et pascais uliginosis vallis Ticini, et s. Petri di Mosezzo vulgaris.

OPHYRS ANTROPOPHORA.

Caule folioso, labello germe longiore linearie trifido, lacinia media elongata bifida, pe-

talis conniventibus. Vaill. paris. 147. t. 51.
f. 19. 20.

Valle Sessitis supra *Scopæ* collegit *Carestia*.
Ophrys myodes.

Caule folioso, labello pubescente tripartito,
laciñis lateralibus linear-lanceolatis, media
oblonga biloba longiore, petalis patentibus, tri-
bus exterioribus lanceolatis obtusis, binis in-
terioribus linearibus brevissimis. Jacq. ic. rar.
t. 184.

In pascuis collium, praesertim versus *Mag-
giate*, et *Vergano* non frequens.

Ophrys arachnites.

Caule folioso, labello villoso, trilobo, lobo
medio obovato, apice brevissime trilobo, pe-
talibus patentibus, tribus exterioribus oblongis
obtusis, binis interioribus linear-lanceolatis
brevissimis. Vaill. paris. t. 50. f. 10. 11. 12. 15.

In pascuis *di Gattico*, ego collegi, in illis
della Cunetta hujus urbis D. Antonius *Cat-
taneo* observavit.

Serapias. *Serapiade.*

*Cor. petalis conniventibus: labellum planum deple-
xum: anthera stylo elongato adnata.*

Serapias lincua.

Labello tripartito, laciñis lateralibus obtusis
erectis conniventibus, media oblonga lanceo-
lata glabriuscula dependente acutiuscula. Mo-
ris. hist. 5. s. 12. t. 14. f. 21.

*Sylvis della Vesca, et Berthona prope No-
variam non rara.*

EPIPACTIS. Epipattide.

*Cor. erecto-patens : anthera opercularis
persistens.*

EPIPACTIS LATIFOLIA.

Foliis ovatis amplexicaulibus, bracteis inferioribus, flore longioribus, floribus pendulis, labello integerrimo acuminato petalis breviore, germinibus pubescentibus.

In sylvis *di Gamboldò*, dictis *a Pozzolo* unice vidi.

EPIPACTIS PALUSTRIS.

Foliis lanceolatis, amplexicaulibus, bracteis flore brevioribus, floribus pendulis, labello crenato obtuso, petalis aequali, germinibus pubescentibus. Fl. dan. 267.

In pratis, et sylvis uliginosis frequens.

EPIPACTIS PALLENS.

Foliis oblongo-lanceolatis sessilibus, bracteis flore longioribus, floribus erectis, labello obtuso, petalis breviore, germinibus glabris.

Ad oram vallis *Anzasca*, vix ultra *Cima Mullera* secus viam unicum specimen collegi.

EPIPACTIS RUERA.

Foliis lanceolatis, bracteis germine longioribus, floribus erectis, labello acuto, lineis elevatis undulatis, germinibus glabris.

In valle *della Stropa* ad ferri fodinas unice observavi.

EPIPACTIS NIDUS AVIS.

Caule aphylllo vaginato, labello obcordato,
petalis obtusis duplo longiore.

In sylvis collium non rara.

EPIPACTIS OVATA.

Caule bifolio, foliis ovatis oppositis, labello
bisido linearis, petalis obtusis, triplo longiore.
Fl. dan. 157.

In sylvis montanis frequens.

EPIPACTIS CORDATA.

Caule bifolio, foliis cordatis oppositis, labello
trisido, laciniis lateralibus brevissimis, inter-
media longissima bipartita linearis. Hal. helv.
n.º 1292. t. 22. f. 4.

In sylvis vallis d' Antrona prope s. Petrum
rara.

GYNANDRIA HEXANDRIA.

Aristolochia. *Aristolochia*.

*Cal. o. cor. 1-petala tubuloso-ligulata styl. o.:
capsula 6-loocularis polysperma.*

† ARISTOLOCHIA ROTUNDA.

Foliis cordatis ovatis, obtusis subsessilibus,
caule erectiusculo subsimplici, pedunculis so-
litariis unifloris, corollis erectis, labio oblon-
go retuso. Lob. ic. 606. f. 2.

Aristolochia rotunda officin.

Ad sepes vulgaris, praesertim in collibus.

‡ * ARISTOLOCHIA CLEMATITIS.

Folis subrotundo-cordatis obtusiusculis petiolatis, caule erecto, pedunculis unilloris aggregatis, corollis erectis, labio oblongo. Fl. dan. 1255.

Aristolochia longa. Matt. officin.

Ad aqueductus non rara, *Ciochini da Frate* lombard.





C L A S S I S XXI.

MONOECIA MONANDRIA.

Zannichellia. *Zanichella.*

Mas. cal. nullus: cor. nulla. Foem. cal. 1-phyllos:
cor. nulla: pist. 4.: semina 4.

ZANNICHELLIA PALUSTRIS.

Anthera 4-loculari, stigmatibus integerimis,
seminibus dorso denticulatis. Fl. dan. 67.

In fossis, et aqueductibus vulgatissima.

Caulinia. *Caulinia.*

Mas. cal. o.: cor. o.: anth. sessilis. Foem. cal. o.:
cor. o.: stylus filiformis: stygma 2-fid.
caps. 1-sperm.

CAULINIA FRAGILIS.

Foliis ternis, oppositivis linearis-subulatis re-
curvatis, aculeato dentatis rigidis.

Ad Ticini foeces, et ad lacus vulgaris.

Chara. *Caras.*

Mas. *cal. nullus*: *cor. nulla*. Fœm. *cal. nullus*.

cor. nulla: *stigmata 5.*: *bacca polysperma*.

CHARA VULGARIS.

Caulibus, ramulisque basi nudis, ramulis teretibus, articulis foliosis, foliolis oblongo-subulatis, bracteis bacca brevioribus. Fl. dan. 150.

Aquis lente fluentibus ubique.

D I A N D R I A.

Lemna. *Lemna*.

Mas. *cal. 1-phyllo*: *cor. o.* Fœm. *cal. 1-phyl.*:

cor. o.: *styl. 1.*: *caps. 1-locul. disperma*.

LEMNA TRISULCA.

Foliis lanceolatis in petiolum attenuatis, cruentatim cohaerentibus, radicibus solitariis. Mich. gen. 16. t. 11. f. 5.

Lente palustre. Matt. 1175. 564.

Aquis lentis, præsertim in oryzis vulgaris.

TRIANDRIA.

Typha. *Mazzasorda.*

Mas. *cal. 5-phyllo*: cor. o. Foem. *cal. o.*: cor. o.:
styl. 1.: *sem. 1.*: *pedicellatum*, *pedicello*
pilis basi cincto.

* TYPHA LATIFOLIA.

Foliis linearibus planis, spica mascula, et
foeminea approximatis, utraque cylindrica. Fl.
dau. t. 6/5.

In paludosis, et oryzis nimis abundat, ver-
nacule dicta *Palmetta*.

* TYPHA ANGUSTIFOLIA.

Foliis linearibus canaliculatis, spica mascula,
et foeminea remotis, utraque cylindrica.

In paludosis, praesertim in valle Ticini, et
Padi.

Sparganium. *Sparganio.*

Mas. *cal. 5-phyllo*: cor. o.: Foem. *cal. 5-phyllo*:
cor. o.: *stigmata 2.*: *drupa*: *1-sperma*.

* SPARGANIUM RAMOSUM.

Foliis basi triquetris, lateribus concavis, pe-
dunculo, communi ramoso stigmate linearis.

In fossis, et stagnis vulgare, ubi altitudi-
nem quatuor pedum attingit.

* SPARGANIUM NATANS.

Foliis decumbentibus planis, pedunculo-communi simplici, stigmate ovato brevissimo, capitulo masculino subsolitario.

In stagnis non rara, praesertim secus Aconiam, sed foliis semper fluitantibus vidi.

SPARGANIUM SIMPLEX.

Foliis basi triquetris, lateralibus planis, pedunculo communi simplici, stigmate linear. Lob. ic. 8o.

Cum ramoso erexit, et distinguitur caule simplici, et humiliore.

Kobresia. *Cobresia*.

Mas. amentum : cal. squama : cor. nulla.

Fem. amentum : cal. squama : cor. o. : stigmata : 5-sem. triquetrum.

KOBRESIA SCIRPINÆ.

Carex bellardi. Fl. ped. t. 92. f. 2. Spica solitaria simplici tereti androgyna strigosa, culmo tereti, foliis capillaceis.

Ad montem Rosa, et Turlo collegit Carexia.

Carex. *Carice*.

Mas. amentum : cal. squama : cor. o. : Fem. ament. : cal. squama : cor. 1-petala : stylus 1. : sem. 1. : corolla inclusum.

CAREX DAVALLIANA.

Spica simplici dioica, stigmatibus binis, fru-

ctibus recurvatis oblongo-lanceolatis triquetris nervosis, superne margine scabris, foliis, culmisque retrorsum hispidis. Host. gram. aust. 1. p. 52. t. 41.

In pratis dictis *in Carogna di Prato* non rara.

CAREX PAUCIFLORA.

Spica androgyna simplici subquadriflora, flore masculo terminali subsolitario stigmatibus tribus, fructibus lanceolatis teretibus reflexis, squamis foemineis caducis. Host. l. c. 1. p. 55. t. 42.

In sylvis s. Petri *di Mosezzo* frequens.

CAREX PULICARIS.

Spica androgyna simplici, superne mascula, stigmatibus duobus, fructibus oblongis teretiusculis glabris, reflexis utrinque attenuatis, squama oblonga persistente longioribus. Fl. dan. 166.

In ericetis *di Cureggio*, et *Maggiora* abundat.

CAREX CYPEROIDES.

Spicis androgynis inferne masculis aggregatis globoso-capitatis involucratis, stigmatibus binis, fructibus lanceolatis bicuspidatis. Host. gram. 1. p. 54. t. 44.

Ad radicem montis *Ossulano* unice observavi.

CAREX FOETIDA.

Spicis androgynis, superne masculis, in capitulum ovatum aggregatis, stigmatibus binis, fructibus ellipticis teretiusculis acuminatis bifidis, squamis ovatis acutis submucronatis.

Ad radices alpium *vulgaris*, varietatem con-

stanter pusillum vix pollicis altitudine observavit amicus *Carexia*, quae distincta species videtur.

CAREX INCURVA.

Car. juncifolia. All. Fl. ped. t. 92. f. 4. Spicis androgynis, superne masculis, in capitulum subrotundo-ovatum aggregatis, stigmatibus binis, fructibus ovatis semiglobosis rostratis, ore subintegerrimiis, squamis ovatis acutis submucronatis, culmo incurvo.

In pratis alpinis, praesertim ad montem *Moro*.

CAREX CURVULA.

Spicis androgynis, superne masculis, in capitulum oblongum aggregatis, stigmatibus tribus, capsulis ovatis compressis acuminatis, squamis ovatis mucronatis, foliis arcuatis secundis. Fl. ped. t. 92. f. 5.

Ad montem *Moro* unice observavi.

CAREX ATRATA.

Spicis androgynis, tribus quinisve pedunculatis confertis, inferne masculis fructiferis nutantibus, stigmatibus tribus, fructibus subrotundo-ovatis, breviter rostratis bidentati, squamis ovatis acutis. Fl. dan. t. 158.

Secus Atison in magna Ossulae valle non rara.

CAREX BICOLOR.

Car. Androgyna Balbis.

Spicis androgynis ternis, pedunculatis terminalibus, inferne masculis erectis, stigmatibus binis, fructibus obovatis obtusis, squamis ovatis obtusis.

In editioribus alpibus *di Formazza* rara.

CAREX SCHREBERI.

Spica androgyna composita, spiculis ovatis, alternis confertis, inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovatis bidentatis. Host. gram. I. p. 56. t. 46.

In pascuis siccis, nec deest prope hanc urbem *a s. Bartolommeo*.

CAREX LEPORINA.

Spica androgyna composita, spiculis tribus subrotundo ellipticis, inferne masculis alterne congestis, stigmatibus binis, fructibus ellipticis, compressis acuminatis, ore integris. Fl. dan. 294.

Ad oram vallis *di Bugnanco* unice observavi.

CAREX OVALIS.

Spica androgyna composita, spiculis subsenis subrotundo-ellipticis alternis, subapproximatis inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovatis marginatis bidentatis, ciliato-serratis. Host. gram. I. t. 51. p. 58.

In pratis uliginosis collium.

CAREX LOBATA.

Spica androgyna composita spiculis, tribus, alternis oblongis confertis, superne masculis, stigmatibus binis, fructibus ellipticis acuminatis nervosis. Fl. ped. t. 92. f. 5.

Ad radices alpium frequens.

CAREX VULPINA.

Spica androgyna composita, spiculis numerosis ternatim, quinatimve aggregatis oblongis confertis, superne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovatis bidentatis compresso-trique-

tris patentibus, bracteis setaceis. Host. gram. aust. 1. p. 55. t. 56.

Secus aquaeductus in oryzis vulgaris.

CAREX BRIZOIDES.

Spica androgyna composita subdisticha, spiculis subquinis alternis curvatis oblongo-lanceolatis, inferne masculis approximatis, stigmatibus binis, fructibus ovatis marginatis bidentis. Host. gram. 1. p. 56. t. 47.

In pascuis siccis Ticini, et Padi non rara.

CAREX MURICATA.

Spica androgyna composita, spiculis ovatis, superne masculis approximatis, stigmatibus binis, fructibus horizontalibus ovatis plano-convexis bidentatis, basi marginatis, margine ciliato-serratis. Host. gram. 1. p. 41. t. 54.

In pratis uliginosis ad fossas vulgaris.

CAREX DIVULSA.

Spica androgyna composita, basi subramosa spiculis ovatis, superne masculis approximatis, inferioribus remotis, stigmatibus linearibus, fructibus erectiusculis ovatis plano convexis bidentatis marginatis, margine glabris. Host. gram. 1. p. 42. t. 55.

Cum praecedente crescit, a qua vix distinguenda *spiculis inferioribus minus divergentibus*.

CAREX STELLA LATA.

Spica androgyna composita, spiculis subquaternis remotiusculis, inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovato-acuminatis bidentatis, margine ciliato-serratis horizontalibus, squamis ovatis, acutis. Fl. dan. 284.

In pratis uliginosis frequens.

CAREX REMOTU.

Spica androgyna composita, spiculis alternis remotis, inferne masculis, bracteis foliaceis longissimis suffultis, fructibus ovatis acuminatis bifidis compressiusculis. Fl. dan. 570.

In sylvis s. Petri *di Mosezzo* abundat.

CAREX ELONGATA.

Spica androgyna composita, spiculis subsenis alternis approximatis cylindraceis, inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovato-acuminatis emarginatis nervosis patulis, squama ovata obtusa longioribus. Schleuchz. gram. 487. t. 11. f. 4.

Ad riuulos in collibus frequens.

CAREX CURTA.

Spica androgyna composita, spiculis subsenis alternis approximatis cylindraceis, inferne masculis, stigmatibus binis, fructibus ovatis plano-convexis acutiusculis, ore integris erectis, squama ovata acuta longioribus. Host. gram. 1. p. 57. t. 48.

Ad vias oryzarum *di Confienza*, et *Robbio*.

CAREX PANICULATA.

Spicis androgynis paniculatis, superne masculis stigmatibus binis, fructibus ovatis, superne marginatis bidentatis, margine ciliato-serratis, culmo triquetro. Host. gram. 1. p. 44. t. 58.

Ad radices alpium locis humidis secus Atisson, atque ad *Piano di Fariolo*.

CAREX GLANDESTINA.

Spicata mascula solitaria pedunculata, foemineis binis subtrifloris remotis subsessilibus sub-inclusis, bracteis margine membranaceis obli-

quis vaginatis, stigmatibus tribus, fructibus obovatis obtusis hirtis. Scheuchz. Agrost. 407. t. 10. f. 1.

In pascuis, et ericetis *di Borgomanero* non frequens.

CAREX DIGITATA.

Spica mascula solitaria sessili, foemineis subternis linearibus remotiusculis, stigmatibus tribus, fructibus obovatis rostratis triquetris pubescentibus, squamam obovatam mucronataam aequantibus, bracteis vaginatis obliquis mucronatis, margine membranaceis. Host. gram. 1. p. 46. t. 60.

In sylvis, et pascuis Ticini dictis *alla Costa* frequens.

CAREX CILIATA.

Spica mascula solitaria, foemineis subgeminis approximatis oblongis sessilibus, stigmatibus tribus, fructibus subrotundo-obovatis pubescens, squama oblonga obtusa majoribus.

Ad radicem montis *Rosa* unicum stirpeum collegit *Carestia*.

CAREX PRAECOX.

Spica mascula solitaria, foemineis geminis approximatis oblongis sessilibus, stigmatibus tribus, fructibus subgloboso-triquetris pubescens, squamam ovatam acutam aequantibus. Host. gram. 1. p. 51. t. 68.

In pascuis vulgatissima varians *spicis inferioribus androgynis*: et *spica infera radicali*, et *caule foliis breviore, vel duplo longiore*.

CAREX MUCRONATA.

Spica mascula solitaria sessili, foeminea sub-

solitaria approximato elliptico-subrotunda sessili, stigmatibus binis, fructibus oblongo-triquetris subpubescentibus incurvato-rostratis bidentatis, squama oblonga acuta longioribus.

In pascuis summis montium *di s. Agata* versus *Canobbio*, unice, et rara.

CAREX NIGRA.

Spica mascula solitaria, foemineis subgeminis subsessilibus confertissimis oblongo ovatis, stigmatibus tribus, fructibus oblongo-ovatis compressis, squamam ovatam aequantibus.

Ex alpibus *di Scopa* retulit *Carestia*.

CAREX FLAVA.

Spica maxima solitaria, foemineis subternis subapproximatis ellipticis incluse pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus ovatis reflexis rostratis, rostro curvato bidentato, squama ova-to-lanceolata longioribus.

In pratis ad fossas vulgaris. In sylvis vallis Ticini occurrit varietas oederi Schk. n.^o 55. t. F f. 26. quae distincta species appetet.

CAREX DISTANS.

Spica mascula solitaria, foemineis tribus, ovatis distantibus, supra sessili, reliquis pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus ovatis acuminatis bicuspidatis, squamam ovatam acuminatam subaequantibus. Fl. dan. 1049.

In pratis pinguisibus vulgaris.

CAREX FERRUGINEA.

Spica mascula solitaria, foemineis tribus distantibus, binis inferioribus pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus oblongis com-

presso-triquetris, margine hispidis, ore membranaceo bilobo, squama oblonga acuta longioribus.

Ex alpibus *di Scopula*, et *Allagna* retulit *Carestia*.

CAREX FRIGIDA.

Spica mascula solitaria, foemineis tribus distantibus binis, inferioribus pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus lanceolatis triquetris, margine hispidis bicuspidatis, squama oblonga longioribus.

In uliginosis alpium ubique.

CAREX UMBROSA.

Spica mascula solitaria obovata, foemineis subternis approximatis binis, inferioribus exserte pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus compressis obovatis pubescentibus rostratis, ore bidentatis, squamam oblongam subaequantibus. Host. gram. 1. p. 52. t. 69.

In sylvis s. Petri *di Mosezzo* frequens, ubi *spica mascula unica* etiam occurrit.

CAREX DEPAUPERATA.

Spica mascula solitaria, linearis, foemineis terni tri, vel quinque floris remotis binis inferioribus exserte pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus obovatis inflatis rostratis, ore obliquis, squama oblonga longioribus.

Ad montem *Turlo* observavit *Carestia*.

CAREX PANICEA.

Spica mascula solitaria, foemineis subbinis remotiusculis, suprema subinclusa pedunculata, infima longe pedunculata, stigmatibus tri-

bus, fructibus ovatis obtusis, squama ovata majoribus. Host. gram. 1. p. 59. t. 79.

Ad lacum *del Margozzo*, et ad *Pian di Fariolo* rara.

CAREX ALPESTRIS.

Spica mascula solitaria, foemineis tribus quinque floris, binis approximatis sessilibus, infima radicali longissime pedunculata, stigmatibus tribus, fructibus obovato-oblongis triquetris brevissime rostellatis, ore obliquo, squamam oblongam aequantibus.

In valle *di Strona* prope *il Forno*, et ad rupes *di Quarna superiore* non rara, sed constanter *spicis foemineis binis infima radicali longissime pedunculata* observavi.

CAREX FIRMA.

Spica mascula solitaria, foemineis subtribus distantibus, infima exserte pedunculata, stigmatibus tribus, fructibus oblongis, margine hispidis rostratis, ore obliquo, squama ovato-oblonga majoribus. Host. synop. 509.

Ad montem *Rosà* observavit clarissimus Allionius. Fl. ped. n.^o 2531.?

CAREX CAESPITOSA.

Spica mascula solitaria, foemineis cylindraceis obtusis subternis distantibus, infima brevissime exserte pedunculata, stigmatibus binis, fructibus ovatis obtusis, ore pertusis, squama oblonga obtusa majoribus, foliis patulis. Host. gram. 1. p. 62. t. 91.

In pratis ubique multis varians modis, *nunc caulis erectus*, *nunc pendulus*: *spicae masculae duo*, *vel unica*, *foemineae duo*, *tres*

vel quadrata, quae non raro androgynae evadunt.

CAREX PENDULA.

Spica mascula solitaria, foemineis subquinis cylindraceis, pendulis sessilibus, infima exserte pedunculata, stigmatibus tribus, fructibus ellipticis brevissime rostratis, ore bidentatis, squamam ovatam submucronatam aequantibus.

Host. gram. 1. p. 75. t. 10c.

In fossis uliginosis non rara, et frequenter variat spicis masculis binis.

CAREX STRIGOSA.

Spica mascula solitaria, foemineis quaternis, pendulis filiformibus distantibus, inferioribus exserte pedunculatis, stigmatibus tribus, capsulis oblongo-lanceolatis nervosis, ore oblique-truncatis, squama ovato-lanceolata longioribus. Fl. dan. 1257.

In uliginosis *di Scopa*, et *Allagna* observavit *Carestia*.

CAREX CAPILLARIS.

Spica mascula solitaria, foemineis subternis longe pedunculatis cernuis subsexfloris, stigmatibus tribus, fructibus ellipticis rostratis distantibus, ore obliquo, squama ovata longioribus. Fl. dan. 168.

Ad radices montium in erbosis non rara.

CAREX PALLESCENS.

Spica mascula solitaria, foemineis subternis pedunculatis cernuis ellipticis, stigmatibus tribus, fructibus obovato-oblongis obtusis, squamam oblongam cuspidato-mucronatam aequantibus, foliis pubescentibus. Fl. dan. 2050.

In pratis uliginosis vulgaris.

CAREX PSEUDO-CYPERUS.

Spica mascula solitaria, foemineis quaternis
geminatis pedunculatis, pendulis cylindricis,
stigmatibus tribus, fructibus ovato-lanceolatis
bicuspidiatis reflexis, squamam setaceam aequan-
tibus. Host. gram. 1. p. 65. t. 85.

In fossis oryzarum vulgaris, ubi variat *pe-
dunculis longissimis, et brevissimis.*

CAREX DRYMEA.

Spica mascula solitaria, foemineis quaternis
remotis filiformibus pedunculatis cernuis,
stigmatibus tribus, fructibus ovalis rostratis
bifidis, squamam ovatam membranaceam mu-
cronatam subaequantibus. Host. gram. 1. p.
62. t. 84.

In sylvis uliginosis Ticini *alla Portaluwa* in
pratis *di Ornavasso* atque ad *Pian di Fariolo*
potius rara.

CAREX RECURVA.

Spicis masculis geminatis, foemineis cylindri-
cis subternatis pedunculatis pendulis, stigma-
tibus tribus, fructibus ellipticis, obtusis sca-
brisculis, squamam ovato-cuspidatam aequan-
tibus. Host. gram. 1. p. 66. t. 90.

In paludosis secus lacus Verbani, et Cusii,
praesertim versus *Buscione*, sed *spicis con-
stanter erectis.*

* CAREX ACUTA.

Spicis masculis binis, ternisve foemineis sub-
quaternis subpedunculatis subnutantibus cy-
lindraceis remotis, stigmatibus binis, fructi-
bus oblongis, brevissime rostellatis, ore inte-

gro pertuso, squamam oblongam acutam subaequantibus. Host. gram. 1. p. 70. t. 95.

In fossis paludosis ubique.

CAREX PALUDOSA.

Spicis masculis binis, foemineis ternis erectis cylindraceis attenuatis, inferioribus pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus ovatis nervosis bidentatis, squama lanceolata aristata latioribus eamque aequantibus. Host. gram. 1. p. 68. t. 92.

In uliginosis ubique.

* CAREX VESCICARIA.

Spicis masculis tribus, foemineis subgeminis pedunculatis cylindraceis, stigmatibus tribus, fructibus oblongis inflatis rostratis bicuspidatis, squama lanceolata majoribus, culmo acute triquetro. Host. gram. 1. p. 72. t. 98.

In pratis, et nemoribus *d' Isarno*, et *Mosazzo*, paludosis crescit, ubi spicae masculae, et foemineae constanter duo observantur.

CAREX HIRTA.

Spicis masculis binis, foemineis tribus oblongis, remotis inferioribus breve pedunculatis, stigmatibus tribus, fructibus oblongis acuminateis hirtis bicuspidatis, squama oblonga aristata majoribus vaginis, foliisque subhirtis. Host. gram. 1. p. 71. t. 96.

In pascuis Ticini vulgaris, ubi varietatem spicis masculis tribus collegi.

MONOECIA TETRANDRIA.

Alnus. *Alno.*

Mas. *amentum*: 5-flor.: cor. 4-partita.

Foem. *amentum*: 2-florum: cor. o.: styl. 2-sem.: 1-ovatum.

* ALNUS GLUTINOSA.

Foliis subrotundo-cuneatis obtusis subretusis glutinosis, axillis venarum subtus villosis.

In locis humidis, et ad rivulos, praesertim collum frequens, varians foliis incisis, et lacinias, vernacule *Onizza* appellatur.

ALNUS INCANA.

Foliis oblongis acutis, subtus pubescentibus, axillis venarum nudis, stipulis lanceolatis.

In montanis locis humidis frequens.

Urtica. *Ortica.*

Mas. *cal. 4-phyllus*: cor. nulla: nectarium cyathiforme. **Foem.** *cal. 2-valvis*: cor. o.: stigma villosum: sem. 1-ovatum.

URTICA PILULIFERA.

Foliis oppositis ovatis serratis, amentis fructiferis globosis. Lob. ic. 522.

Unicam inveni stirpem in *Prato*, loco dicto *alla Baragia*.

* URTICA URENS.

Foliis oppositis ellipticis subquinque nerviis

argute-serratis, spicis glomeratis geminatis.

Fl. dan. 759.

Ortica terza. Matt. 127. *Ortica officin.*

In umbrosis, et ad vias ubique, vernaculae
Ortiga.

* URTICA DIOICA.

Foliis oppositis cordatis ovato-lanceolatis grosse-serratis, floribus dioicis, spicis paniculatis glomeratis geminatis, petiolo longioribus. Fl. dan. 746.

Ortica seconda. Matt. 1184-569.

In campis, et ad vias locis pinguioribus,
vulgaris *Ortiga*.

MONOECIA PENTANDRIA.

Xanthium. *Xanzio*.

Mas. cal. communis polyphyllus: cor. 5-fidae:

filamenta connexa. Foem. *cal. nullus*:

cor. o.: *styli 2.* : *drupa 2-locularis*.

* XANTHUM STRUMARIUM.

Caule inermi, foliis cordatis trinervatis, semi-tilobatis. Lam. illust. t. 765. f. 1.

Lappa minore. Matt. 1265. 598.

Ad vias locis siccis frequens.

AMARANTHUS. *Amaranto.*

Mas. *cal. 5-seu 5-phyllus* : *cor. o.* : *stam. 5.*, seu 5.

Foem. *cal. idem* : *cor. o.* : *styli 5.* :
capsula circumscissa.

AMARANTHUS ELITUM.

Glomerulis triandris subspicatis, floribus triphyllis, foliis ovatis retusis, caule diffuso.

Blito bianco. Matt. 481. 281.

In arvis, et hortis locis umbrosis vulgaris,
crescit quoque ad oppidum Novariae.

AMARANTHUS VIRIDIS.

Glomerulis triandris, floribus masculis trifidis,
foliis ovatis emarginatis, caule erecto strato.

Ad oppidum Novariae locis saxosis non raro,

MONOECIA POLYANDRIA.

Ceratophyllum. *Ceratofillo.*

Mas. *cal. sub 7. partitus* : *cor. o.* : *stam. 18.* circiter.

Foem. *cal. 6-phyllus imbricatus* : *cor. 1.* :
pistil. 1. : *nux monosperma.*

CERATOPHYLLUM DEMERSUM.

Foliis dichotomo-bigeminis, fructibus trispinosis. Lam. illust. t. 775. f. 2.

In stagnis, et ad lacus vulgare.

CERATOPHYLLUM SUBMERSUM.

Foliis dichotomo-trigeminis, fructibus muticis. Lam. illust. t. 775. f. 1.

Cum praecedente minus frequens

Myriophyllum. Miriofillo.

Mas. cal. 4-fidus : cor. 4-petala : stam. 8.

Foem. cal. idem : cor. 4-petala : pistil. 4. :
caps. 4-monosperma.

MYRIOPHYLLUM SPICATUM.

Foliis omnibus pinnatis capillaceis, spica terminali verticillata nuda. Fl. dan. 681.

In aquis lente fluentibus vulgare.

MYRIOPHYLLUM VERTICILLATUM.

Foliis pinnatis capillaceis superioribus pectinato-pinnatisidis, floribus axillaribus verticillatis. Clus. hist. 2. p. 252. f. 1.

Ad lacum Verbani, in stagnis Atisonis unice observavi.

Sagittaria. Saettaria.

Mas. cal. 5-phyllos : cor. 5-petala : stam. 24. circiter.

Foem. cal. 5-phyllos : cor. 5-petala : pistilla,
et semina numerosa.

SAGITTARIA SAGITTIFOLIA.

Foliis lanceolatis, acuminatis sagittatis, lobis lanceolatis rectis, scapo simplici. Fl. dan. 172.

In fossis aquosis, et stagnis, vulgarissima;
varians foliis latioribus, et angustioribus acutis, et obtusis.

Poterium. Poterio.

Mas. cal. 4-phyllus : cor. 4-partita : stam. 52.
circiter. Foem. cal. 4-phyllus : cor. 4-petala : pist. 2.:
sem. 2. obducta.

† **POTERIUM SANGUISORBA.**

Inerme, caulis subangulosis. Sab. hort. 2.

t. 71.

Pimpinella italicica officin.

In pratis, praesertim vallis *Arbogna vulgaris*, sub nomine *Olmetto* cognoscitur.

Quercus. Quercia.

Mas. amentum nudum : cal. 5-fidus : cor. o. : stam. 10. circiter. Foem. cal. integer : cor. o. : styl. 5. : nux coriacea.

* **QUERCUS ESCULUS.**

Foliis ovato-oblongis sinvatis glabris, lobis oblongis obtusis subangulatis, basi attenuatis junioribus hirtis.

In sylvis collium vulgaris.

‡ * **QUERCUS ROBUR.**

Foliis oblongis petiolatis glabris sinvatis, lobis rotundatis, fructibus oblongis sessilibus.

In sylvis : vulgo *Rola*, *Rovere*.

* **QUERCUS PEDUNCULATA.**

Foliis oblongis subsessilibus glabris sinvatis, lobis rotundatis, fructibus oblongis pedunculatis.

In sylvis subalpinis, et collibus non rara.

† * **QUERCUS CERRIS.**

Foliis oblongis pinnatifido-sinuatis, subtus hirtis, basi angustatis, lobis oblongo-lanceolatis dentatis, calycibus fructus hemisphaericis echinatis.

In sylvis montanis, et collinis vulgaris, nec deest ad declivem Ticini, vernacule *Scer*, *Sciron*.

Fagus. Faggio.

Mas. *cal. 5-fidus campanulatus*: *cor. o.*: *stam. 12.*
circiter.

Foem. *cal. 4-dentatus*: *setosus*: *cor. o.*: *germina 2.*:
nuces 2.: *calyce coriaceo 4-fido echinato inclusae.*

* **FAGUS SYLVATICA.**

Foliis ovatis glabris obsolete dentatis, margine ciliatis.

In sylvis subalpinis vulgatissima sub vulga-
ti nomine *Fō.*

Castanea. Castagna.

Mas. *amentum nudum*: *cal. o.*: *cor. 5-petala*: *stam.*
10. 20.

Foem. *cal. 5. seu 6-phyllo muricatus*: *cor. o.*:
germ. 5.: *styl. 6.*: *stigmata penicilliformia*:
nuces 5.: *calyce echinato inclusae.*

* **CASTANEA VESCA.**

Foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, mucro-
nato-serratis, subtus nudis.

In montanis vulgaris sub nomine *Castagna.*

Betula. *Betula*.

*Mas. amentum imbricatum, squamis peltatis, trifloris:
cal. squama: cor. o.: stam. 10. 12.*

*Fem. amentum imbricatum: cal. squama 2-flora:
cor. o.: sem. 1. alata.*

* *BETULA ALBA.*

Foliis deltojdbus acutis duplicato-serratis glabris, strobilorum squamis lobis lateralibus rotundatis, petiolis glabris pedunculo longioribus. Duham. arb. 1. p. 100. t. 59.

In alpibus, montibus, et collibus vulgaris sub nomine *Beola*.

BETULA PUBESCENS.

Foliis deltojdbus acutis subcordatis duplicato-serratis, subtus ramulisque pubescentibus, strobilorum squamis lobis lateralibus rotundatis.

Cum praecedente observavi in sylvis *di Crevala*, *Valle di Vedria*.

* *BETULA NANA.*

Foliis orbiculatis crenatis glabris, subtus reticulato-venosis. Fl. dan. 91.

In valle *di Formazza*, ad montem *Moro*, et *Turlo*, locis umbrosis non rara.

Carpinus. *Carpino.*

Mas. *amentum imbricatum* : *cal. squama* :
cor. o. : *stam. 10.*

Foem. *amentum imbricatum* : *cal. squama 2-flora* :
cor. 5-fida pilosa : *nux nuda sulcata.*

* **CARPINUS BETULUS.**

Strobilorum squamis tripartitis subintegerrimis,
laciniis lanceolatis, intermedia elongata.

In sylvis collium, montium, et vallis Ticinii sub nomine Carpano.

Corylus. *Corilo.*

Mas. *amentum imbricatum* : *cal. squama*,
cor. o. : *stam. 8.*

Foem. *cal. 2-partitus* : *cor. o.* : *styli 2.* : *nux nuda* :
calyce persistenti cincta.

* **CORYLUS AVELLANA.**

Stypulis oblongis obtusis, calycibus fructus
campanulatis apice patulis, lacero-dentatis,
foliis subrotundis cordatis acuminatis.

Avellano nocciolo. Matt. 302. 1-1.

In sylvis vulgaris $\frac{1}{2}$ *sub nomine vernaculo,*
Nisciola.

MONOECIA MONADELPHIA.

Pinus. *Pino.**Mas. cal. 4-phyllo: cor. o.: stam. plurima.**Fœm. amentum strobilac.: cal. squama 2-flora:
cor. o.: pistilla 2.: nucæ 2-alatae.** *PINUS SYLVESTRIS.*

Foliis geminis rigidis, conis ovato-conicis
longitudine foliorum subgeminis, basi rotun-
datis. Duham. arb. 2. t. 50.

Pino selvatico. Matt. 110. 85.

In summis jugis alpium, praesertim in val-
libus Ossulae ad montem Hortanum abundat.

* *PINUS CEMBRA.*

Foliis quinibus, conis ovatis obtusis, squamis
adpressis, nucibus duris. Duham. arb. 2. t. 52.

In rupibus editioribus alpium non frequens.

* *PINUS LARIX.*

Foliis fasciculatis, deciduis, strobilis ovato-
oblongis, squamarum marginibus reflexis la-
ceris bracteolis panduriformibus. Duham. arb.
1. t. 151.

Larice. Matt. 117. 86.

Alpibus vulgatissima, vernacule *Larice.*

* *PINUS PICEA.*

Foliis solitariis planis emarginatis pectinatis,
squamis coni obtusissimis adpressis. Duham.
arb. 1. t. 2.

Pezzo. Matt. 109. 82.

Alpibus abundat sub nomine vernaculo
Peccia, o *Pescia*.

† * PINUS ABIES.

Foliis solitariis tetragonis, strobilis cylindricis,
squamis rhombeis complanatis, margine re-
pandis erosionis. Fl. dan. 195.

Alpibus vulgare, vernacule *Abete*.

Momordica. *Momordica*.

Mas. cal. 5-fid.: cor. 5-fida: filamenta 5-connata.

Foem. cal. 5-fidus: cor. 5-fida 5-fida: pepo
5-locul. elasticus.

‡ MOMORDICA ELATERIUM.

Pomis ellipticis hispidis, foliis cordatis hispi-
dis obtusis dentatis, caule cirrhis nullis. Sabb.
hort. 1. t. 64.

Cocomero selvatico. Matt. 1288. 611.

Ad vias, et sepes collum non rara. *Cuccu-*
mero asinino vulg.

Bryonia. *Brionia*.

Mas. cal. 5-dentatus: cor. 5-partita: filamenta 3.

Foem. cal. 5-dentatus, cor. 5-partita: styl. 3. fid.:
bacca.

‡ * BRYONIA ALBA.

Foliis cordatis 5-lobis dentatis calloso-puncta-
tis scabris, floribus racemosis.

Ad sylvas, et sepes, vernacule *Zucca sel-*
vatica.

* BRYONIA DIOICA.

Foliis cordatis palmatis quinquelobis dentatis,
calloso-punctatis, floribus racemosis dioicis.
Jacq. aust. t. 199.

Brionia officin. Matt. 1547. 657.

Ad sepes, vernacule *Zucca selvatica*.





C L A S S I S X X I I .

D I O E C I A D I A N D R I A ,



Salix. Salice.

Mas. *amentum oblongum*: *cal. squama*: *cor. o.*:
stam. 2. raro 5.

Fœm. *amentum oblongum*, *cal. squama*: *cor. o.*:
stigma 2.: *caps. 2. valvis*: *sem. papposa*.

SALIX PENTANDRA.

Foliis ellipticis acuminatis, serratis glabris,
petiolis superne glandulosis, amentis serotinis
pentandris, germinibus lanceolatis glabris. Fl.
dan. 945.

Ad rivulos alpium non frequens.

SALIX PONTEDERANA.

Foliis ellipticis, basi obtusis, apice acutis
glabris, subtus glaucis serratis, costa media,
petiolis foliisque junioribus pilosis, germini-
bus oblongis tomentosis.

Ex alpibus Sessitis vallis retulit amicus Ca-
restia.

* SALIX VITELLINA.

Foliis lanceolatis acuminatis glabris, subtus

glancescentibus serratis, petiolis pilosiusculis, amentis coaetaneis, germinibus sessilibus lanceolatis glabris, stigmatibus sessilibus bilobis.

Secum Padum, Sessitem, et Atison non rara.

SALIX VERSINITES.

Foliis ellipticis ovatis undisque serrulatis utrinque glabris nitidis concoloribus, ramulis hirtis, amentis praeoccibus, capsulis lanceolatis sericeo-pubescentibus. Fl. dan. 1654.

In summis alpibus, uti ad montem *Turlo*, et supra *Macugnaga* semper rara.

~~E~~ SALIX HERBACEA.

Foliis orbiculatis subretusis serratis utrinque nitidis, amentis foemineis subquinque-flores, capsulis ovato-lanceolatis glabris. Fl. dan.

117.

In summis alpibus locis sterilioribus non rara.

SALIX RETUSA.

Foliis obovatis integerrimis acutis emarginatisve glabris, supra nitidis, amentis foemineis oblongis paucifloris, squamis longitudine germinis oblongis.

Ad montem Ossulanum unicum inveni stirpem.

SALIX RETICULATA.

Foliis elliptico-orbiculatis obtusissimis integrerimis glabriusculis, subtus glaucis reticulato-venosis, amentis serotinis longe pedunculatis, germinibus oblongis villosis. Fl. dan. 212.

Ad montem *Rosa* collegit amicus *Carestia*, ego ad montem *Cistella* observavi varietatem foliis tomentosis.

SALIX MYETILOIDES.

Foliis ellipticis integerrimis acutis mucronatis
glabris, subtus glancis, capsulis ovatis villosis.
Vill. Delph. 5. p. 768. t. 50. f. 11.

In summis alpibus vallis *Formazza* sicuti
alla Frua, ad Greis etc. rarissima.

SALIX LAPONUM.

Foliis lanceolatis integerrimis obtusiusculis,
subtus tomentosis subinaequilateris, supra ca-
nis, amentis cylindraceis, capsulis tomentosis
oblongis.

Ad alpes non rara: varietas *foliis acutis*
supra glabris frequens occurrit, ut distincta
species videatur.

SALIX ARENARIA.

Foliis oblongis subintegerrimis, supraglabriu-
sculis, subtus albo-tomentosis acutis, amentis
masculis oblongis, foemineis cylindraceis, ger-
minibus ovatis tomentosis, stylis elongatis. El.
dan. 197.

Ad basim montis *Orfano* ad lacum Verbanii
unice vidi, foliis denticulatis, in montuosa
maguae *Ossulae* vallis non rara, occurrit *Salix*
Helvetica. Vill. Delph. 5. p. 783. *foliis su-*
perne atro-viridibus reticulatis, inferne ni-
veis.

SALIX INCUBACEA.

Foliis lanceolatis, utrinque attenuatis integer-
rimis convexis supra glabris, subtus incanis
subsericeis, germinibus lanceolatis sericeis, sti-
gmatibus subsessilibus.

In valle Ticini non rara

* SALIX AQUATICA.

Foliis obovato-ellipticis subserratis acutis supra viridibus pubescentibus, subtus glaucis pilosiusculis, stipulis rotundatis dentatis, germinibus pedicellatis lanceolatis villosis, stigmatibus sessilibus.

Ad aquaeductus vulgaris.

* SALIX CAPREA.

Foliis ovatis acuminatis serratis undulatis, subtus tomentosis, stipulis sublunatis, capsulis ventricosis. Fl. dan. 245.

Secus Ticinum non rara.

* SALIX VIMINALIS.

Foliis subintegerrimis linear-lanceolatis longissimis, subtus albo-sericeis, pilis squamorum amenti foeminci germine longioribus.

Ad torrentium ripas vulgaris, *Vimine* vernacule.

* SALIX ALBA.

Foliis lanceolatis acuminatis serratis, utrinque sericeis serraturis insimis glandulosis, stigmatibus bipartitis.

Ad rivulos ubique, sub vernaculo nomine *Gabella*, folia supra glabra.

DIOECIA TRIANDRIA.

Empetrum. *Empetro.*

Mas. *cal.* 5-partit.: *cor.* 5-petala.

Fœm. *cal.* 5-partit.: *cor.* 5-petala: *styli* 9.:
bacca 9-sperma.

* EMPETRUM NIGRUM.

Procumbens, ramulis glabris, foliis oblongis,
marginè revolutis glabris. Lob. ic. 621.

Inter *Rimella*, et *Campello* ad rupes col-
legi.

DIOECIA TETRANDRIA.

Viscum. *Visco.*

Mas. *cal.* 4-partitus: *cor.* o.

Fœm. *cal.* 4-phylloides: *cor.* o.: *stigma* obtusum:
bacca 1-sperma infera.

* VISCUM ALBUM.

Foliis lanceolatis, obtusis enerviis, caule di-
chotomo, floribus quinis terminalibus glo-
mentatis sessilibus.

Visco quercino officin. Matt. 851. 458.

In circumdariis di *Rima*, et *Rimella* ob-
servavit *Carestia*, ego in pœmariis di *Vigevae-*
no collegi.

DIOECIA PENTANDRIA.

Humulus. Lupolo.

Mas. *cal. 5-phyllo*: *cor. o.*

Fœm. *cal. 1-phyllo*: *cor. o.*: *styl. 2.*:
semen calyce alatum.

† * *HEMULUS LUPULUS*. Bul. herb. t. 254.

Lupolo officin. Matt. 1275. 6o3.

Ad sepes vulgaris, vernacule *Lovertise, Rovertise.*

DIOECIA HEXANDRIA.

Tamus. Tamaro.

Mas. *cal. 6-phyllo*: *cor. o.*

Fœm. *calyx*, et *corol. maris*: *styl. 5-sid.*:
bacca infera 5-locularis.

* *TAMUS COMMUNIS.*

Foliis cordatis indivisis. Lam. ill. t. 817.

Vite nera. Matt. 1548-658.

In sylvis frequens, crescit quoque in illis
della Vesca prope hanc urbem.

DIOECIA OCTANDRIA.

Populus. Pioppo.

Mas. *amentum cylindricum*: *cal. squama lacera*:
cor. o.: *nectar. ovat.*: *stam. 8. 16.*

Fem. *amentum cylindricum*: *cal. squama lacera*:
cor. o.: *stigma 4-sidum*: *caps. 2-valvis*:
sem. papposa.

* **POPULUS ALBA.**

Foliis cordatis subrotundis lobatis dentatis,
subtus tomentoso-niveis, amentis ovatis. Lob.
ic. 2. p. 195. f. 1.

Popolo bianco. Matt. 152. 109.

In sylvis locis humidis. Vernacule *Gatte*,
Gattero.

* **POPULUS CANESCENS.**

Foliis subrotundis angulato-repandis dentatis
subtus tomentoso-incanis, amentis cylindraceis
laxis. Lob. ic. 2. p. 195. f. 2.

In collibus *di Marano*, et valle Ticini pro-
pe *Oleggio* non rara, locis humectis crescit.

Var. 2. *Parmelia coronata*.

Crusta granulata, cinerea, scutellis minutis sparsis, depresso-rufescens, rufescentibus, demum convexis, margine granulato cinereo.

Lichen coronatus. Achar. prod. p. 75.

Cum praecedente crescit.

* PARMELIA CANDELARIA.

Crusta imbricata, viridi-flava, lobis minutis confertissimis, lacero-laciniatis, granulatis, scutellis planis, marginatis, concoloribus.

Lichen candelarius. Prod. Achar. p. 95.

Var. 1. *Parmelia polycarpa*.

Crusta subimbricata flavescente lutea, lobis laciniatis, congestis, scutellis, confertissimis, crustam obtectibus, marginatis, concoloribus.

In rupibus, et arborum truncis in collibus crescit.

Divisio III. Placodium: *thallus crustaceus*
plano-depressus, *orbicularis*, *ambitu lobato*
stellato radiato.

PARMELIA SAXICOLA.

Crusta subimbricata, orbiculari, pallido vire-scente, lobis incumbentibus, inciso-lobatis crenatis, implicato-flexuosis, scutellis planiusculis fulvis, margine pallido crenulato.

Lichen saxicola. Achar. prod. p. 104.

In muris vetustis saepe collegi.

Divisio IV. Circinaria: *thallus foliaceus*,
submembranaceus, *stellatus*, *subimbricatus*,
depressus, *subtus fibrillosus*.

PARMELIA ENCAUSTA.

Thallo cartilagineo, membranaceo, substellato, nitente, albido, subtus nigro, laciniis linearibus, subteretibus, dichotomis, punctatis, scutellis badiis.

Lichen encaustus. Achar. prod. p. 125.

Ad rupes, et muros locis alpinis vulgaris.

* PARMELIA STIGIA.

Thallo cartilagineo membranaceo, stellato, nitido utrinque nigro-piceo, laciniis subimbricatis multifido-subpalmatis, angustatis, margine recurvis scutellis concoloribus, margine tenui crenulato.

Lichen stigia. Lin. prod. p. 109.

Super saxa in umbrosis alpium.

* PARMELIA SAXATILIS.

Thallo membranaceo substellato, albo, cinereo-glaucescens, scabriuscens, lacunoso, reticulato, subtus nigro fibrilloso, laciinis sinuato-lobatis, imbricatis, planis subtruncatis, scutellis badiis, margine tenui inflexo, albo crenulato.

Lichen saxatilis. Lin.

In saxis ubique.

PARMELIA CONSPERSA.

Thallo membranaceo stellato, glauco-virescente, glabro, nigro-punctato, subtus nigro-fusco, fibrilloso, laciiniis subimbricatis, planis, sinuato-lobatis, incisis, rotundato-crenatis, scutellis centralibus badiis, margine inflexo subintegro.

Lichen censpersus. Prod. p. 118.

Lichen centrifugus auctorum.

Super saxa crescit, in collibus, et montibus.

* PARMELIA CENTRIFUGA.

Thallo membranaceo, centrifugo, albo-virescente, rugoso, subtus albo, fibrillis cinereo-fuscis, laciiniis convexis, in ambitu multifidis, sublinearibus, obtusiusculis, scutellis periphericis, sparsis, rufo-fuscis, margine inflexo subintegro.

Lichen centrifugus. Lin. prod. p. 118.

Locis praecedentis crescit.

PARMELIA STELLARIS.

Thallo membranaceo, stellato, demum plicato-rugoso, nudo, cinereo, subtus albido, fibrillis cinereis, laciiniis sublinearibus, convexis, multifidis, scutellis planis, nigro-coe-

siis, demum concavis, atris, margine inflexo
cinereo.

Lichen stellaris. Lin. prod. p. 111.

In cortice arborum.

PARMELIA AIPOLIA.

Thallo membranaceo, stellato, cinereo-coesio
subnudo, subtus nigro-fibrilloso, laciniis pla-
niusculis, undulatis, in ambitu latoribus, in-
ciso-lobatis, crenatis, scutellis planis coesiis,
margine tumido inflexo, albo, integro.

Lichen aipolius. Achar. prod. p. 112.

In cortice arborum, praesertim Fraxini.

PARMELIA PULVERULENTA.

Thallo membranaceo, stellato, viridi-fusco-ci-
nereo, pruinoso, subtus nigro tomentoso, la-
ciniis subimbricatis adpressis, planis, multi-
fidis, sublinearibus, inciso-crenulatis, apice
subretusis, scutellis planis coesiis, margine
tumido involuto integro.

Lichen pulverulentus. Achar. prod. p. 112.

Lichen stellaris varietas.

Cum stellari, et aipolio promiscue collegi
siepe ad truncos Mori albae.

* **PARMELIA PARIETINA.**

Thallo membranaceo, stellato, fulvo, subtus
pallidiori, subsibrilloso, laciniis planis apice
dilatatis, rotundato-lobatis, crispis, scutellis
concoloribus, margine tenui integro.

Lichen parietinus. Lin. prod. p. 121.

Super saxa, et truncos arborum crescit.

PARMELIA OLIVACEA.

Thallo membranaceo, stellato, olivaceo fusco
nitido, centro rugoso plicato, subtus susce-

scente, subfibrilloso, laciniis planis, apice dilatatis, rotundato-lobatis, rugosis, punctatisque, scutellis subconcoloribus, margine inflexo crenulato.

Lichen olivaceus. Lin. prod. p. 121.

Var. 1. *Parmelia aspidota*.

Thallo membranaceo, substellato, cinereo-fusco, viridi-punctato, imbricato, laciniis irregalaribus crenato-incisis, scutellis confertissimis, amplis, planis, flexosis, rufo-brunneis, margine granulato planiusculo.

In montanis vallis Sessitis collegit *Carestia*.

PARMELIA TILIACEA.

Thallo submembranaceo, stellato, albido-glaucō, subpruinoso, subtus fusco-nigricante, fibrillis nigris, laciniis imbricatis, rotundato-lobatis, sinvato-crenatis, plicatis, flexuosis, scutellis subfuscis, margine inflexo subintegro.

Lichen tiliaceus. Hoffm.

Lichen quercinus. Wild.

Ad truncos Fagi vulgaris.

* **PARMELIA CAPERATA.**

Thallo coriaceo membranaceo, stellato, plicato-rugoso, pallide-flavo-virescente, subtus, atro, hispido, laciniis sinvato-lobatis rotundatis, subcrenatis, scutellis subcentralibus concavis, rufescensibus, margine inflexo crenulato pulverulento.

Lichen caperatus. Lin. prod. p. 119.

Ad arborum cortices, et saxa vulgaris.

Divisio V. Lobaria: *thallus foliaceus*, *subcoriaceus*, *lobis vagis laxis expansis subtus villosis*.

¶ * PARMELIA PULMONACEA.

Thallo subcartilagineo expanso, glabro, lacunoso-reticulato, viridi-fusco, subtus flavo-ferrugineo, hirto, sinvato-lobato, laciinis retuso-truncatis, scutellis submarginalibus planis, rufc-fuscis, margine integro.

Lichen pulmonarius. Lin. prod. p. 152.

Ad truncos arborum, praesertim in Pommetis.

Divisio VI. Collema: *thallus foliaceus gelatinosus varie formatus*.

¶ Thallo tenero membranaceo sub pellucido, lobis amplis expansis subdiscretis, utrinque nudis.

PARMELIA LACERA.

Thallo gelatinoso, membranaceo, subpellucido, glaucescente, lobis erectiusculis confertis, lacero-laciinati, ciliatis, scutellis sparsis concavis rubris, margine integro pallido.

Tremella lichenoides. Lin.

Inter muscos ad terram in collibus, et montibus.

Var. *Parmelia pulvinata*.

Thallo gelatinoso, pulvinato, atro-viridi, lobis confertis suberectis, profunde-laciinati, laciiniis planiusculis, truncatis, apice tenuissime denticulatis.

Collema pulvinatum. Hoffm.

Super terram locis umbrosis, praesertim montanis.

PARMELIA NIGRESCENS.

Thallo gelatinoso, membranaceo, monophyllo, orbiculato, depresso rugoso, atro-viridi, margine rotundato-lobato, scutellis centralibus confertis, demum convexis, rufo-fuscis, margine integro.

Lichen nigrescens. Lin. prod. p. 150.

Ad truncos arborum, praesertim Fagi vulgaris.

⊕ ⊕ Thallo stellato, vel orbiculari, lobis imbricatis, minutis, crassis.

PARMELIA CHEILEA.

Thallo gelatinoso imbricato, suborbiculato, atro-viridi, lobis omnibus minutis, adscendentibus, rotundatis, crenulatis, scutellis planiusculis concoloribus, aggregatis, margine crenulato subevanescente.

Lichen cheilensis. Achar. prod. p. 154.

Locis humidis ad muros, saxa parietes, et super humum crescit, ubi, et varietates omnes descriptae in methodo Acharii frequenter observantur.

PARMELIA CRISPA.

Thallo gelatinoso, imbricato, orbiculato, atro-viridi, lobis centralibus, erectiusculis, subgranulatis, periphericis, depresso, majoribus obtusis, crenulatis, scutellis confertis, centralibus planiusculis, badiis, margine subintegro.

Lichen crispus. Lin. prod. p. 126.

Inter muscos crescit in pascuis montanis.

Divisio VII. *Physcia*: *thallus foliaceus*, *membranaceus*, *depressus*, *laciniis linearibus subimbricatis*, *apice fornicate*, *vel subinflexis*.

PARMELIA TENELLA.

Thallo membranaceo, utrinque cinerascente, laciniis subimbricatis, multifidis, linearibus, apice adscendentibus, tubuloso-fornicatis, obtusis ciliatis, scutellis nigro-coesiis.

Lichen tenellus. Achar. prod. p. 172.

Divisio IX. *Canalicularia*: *thallus foliaceus*, *membranaceo-cartilagineus*, *caespitosus*, *laciniis erectiusculis*, *linearis-attenuatis*, *subtus longitudinaliter canaliculatis*.

PARMELIA FURFURACEA.

Thallo membranaceo, subcaespitoso, cinereo-pulverulento, subtus violaceo nigro, nudo canaliculato, laciniis ramosis, attenuatis, decumbentibus, scutellis lateralibus cyathiformibus, rubris.

Lichen furfuraceus. Lin. prod. p. 175.

Ad trunco arborum, praesertim Fagi frequens, ubi etiam varietas *Ceratae* saepe observavi.

PARMELIA CILIARIS.

Thallo membranaceo, coespitoso, virescenti-glaucio, subtus nudo, albicante, canaliculato, laciniis ramosis, linearibus, apice fibrillosis, scutellis terminalibus nigro-coesiis.

Lichen ciliaris. Lin. prod. p. 173.

Ad rupes summarum alpium vulgaris.

* **PARMELIA PRUNASTRI.**

Thallo membranaceo, subcaespitoso, molli, albo, rugoso-lacunoso, utrinque glabro, subtus subcanaliculato, albissimo, laciinis linearibus ramosis, divaricatis, attenuatis, scutellis submarginalibus, concavis, badiis, margine tenui subinfexo integro.

Lichen prunastri. Lin. prod. p. 174.

Ad truncos arborum in alpibus saepe occurrat.

Divisio X. Polymeria: *thallus subfoliaceus cartilagineus, laciinis suberectis, planis, vel tereti-compressis, lacunosis, attenuatis, ramosis, nudis, glabris.*

* **PARMELIA FRAXINEA.**

Thallo cartilagineo-membranaceo, subcaespitoso albo-cinerascente, utrinque glabro, rugoso, lacunoso, laciinis planis, erectis, linearis-lanceolatis, laciiniatis, scutellis marginalibus, lateralibusque planis pallidis.

Lichen fraxineus. Lin. prod. p. 175.

In truncis arborum, praesertim Fraxini, et Fagi.

PARMELIA FASTIGIATA.

Thallo subcartilagineo, caespitoso, cinerascente, glabro, linearis-lacunoso, subdiviso, laciinis tereti-compressis, sursum incrassatis, fastigiatis, scutellis subterminalibus, sessilibus, concoloribus.

Lichen fastigiatus. Achar. prod. p. 176.

Ad truncos Fagi, et Quercus in sylvis montanis.

* **PARMELIA SCOPULORUM.**

Thallo cartilagineo subcaespitoso, pallido, glabro, linearis, lacunoso-ramoso, laciniis erectis compressis, linearibus, attenuatis, scutellis sparsis, pedicellatis, convexiusculis, concoloribus.

Lichen calicalis. Lin. ? prod. p. 176.

In valle di Canobbio, ad truncum Fagi collegi.

* **PARMELIA FARINACEA.**

Thallo cartilagineo coespitoso cinereo-glaucum, glabro, linearis-lacunoso, ramoso, laciniis convexiusculis attenuatis, sorediis convexis marginalibus, scutellisque pedicellatis sparsis, planiusculis, concoloribus.

Lichen farinaceus. Lin. prod. p. 77.

In truncis arborum locis montanis non frequens.

PARMELIA POLYMORPHA.

Thallo cartilagineo, caespitoso, lutescente glabro, laciniato, ramoso, piano, compresso, vel teretiusculo lacunulis longitudinalibus, sorediisque ellipticis, sparsis, terminalibusque, scutellis planis, terminalibus, concoloribus.

Lichen polymorphus. Achar. prod. p. 178.

* Var. *Parmelia tinctoria.*

Laciiniis diffusis adscendentibus, sublinearibus, piano-compressis, linearis-lacunosis, subramosis, ruptis, apice laceris, pulverulentis, sorediis sparsis, minutis, terminalibusque subglobosis.

Lichen tinctorius. Web.

In truncis arborum, praesertim Laricis, uti
et in rupibus crescit.

PARMELIA VULPINA.

Thallo cartilagineo, coespitoso virescenti-ci-
trino, anguloso, compressiusculo, lacuoso,
inaequali, ramoso, laciinis erectiusculis, at-
tenuatis, subfastigiatis, scutellis subterminali-
bus, rufo-fuscis, margine inflexo.

Lichen vulpinus. Lin. prod. p. 179.

In truncis arborum in alpibus.

Divisio II. *Tricharia*. Thallus filamentosus,
subcartilagineus, ramosus, lorulis teretiuscu-
lis, pendulis, vel diffusis.

PARMELIA OCHROLEUCA.

Thallo cartilagineo tereti, solidiusculo, sub-
coespitoso, pallido, lorulis attenuatis divarica-
tis, flexuosis, ramiulosis, implexis, apice fur-
catis, scutellis subsessilibus fuscis, margine
demum flexuoso, thallo concolori.

Lichen ochroleucus. Ach. prod. p. 215.

Lichen rigidus. Villars.

Ad truncos arborum in alpibus frequenter
occurredit.

* **PARMELIA JUBATA.**

Thallo cartilagineo, laevi, subnitido, tereti,
filamentoso, cinereo nigroque, lorulis dichotomis,
ramosissimis, filiformibus, axillis infe-
rioribus compressis, scutellis sessilibus, demum
convexis, concoloribus, margine integro.

Lichen jubatus. Lin. prod. 219.

In truncis Fagi, Laricis, et Piceae, in alpibus vulgatissima, ubi, et varietates capillaris, et implexa occurunt.

Sticta. Stitta. Ach. method. lichen.

Scutellae anticae, cyphellae posticae intra lanuginem sparsae (thallus foliaceus membranaceo-coriaceus lobatus, subtus villoso-floccosus).

STICTA SYLVATICA.

Thallo membranaceo, adscendente, glauco-fusco, sublacunoso, inciso-lobato, subtus ferrugineo-fusco, villoso, cyphellis concavis, albis, scutellis peltiformibus, submarginalibus, adscendentibus, fuscis.

Lichen sylvaticus. Lin. prod. p. 156.

Inter muscos ad rupes alpinas.

Peltidea. Peltidea. Achar. method. lichen.

Peltae planae, vel immersae, anticae, vel posticae (thallus foliaceus coriaceus, subtus tomentoso-venosus).

Divisio I. Peltae submarginalis anticae.

PELTIDEA VENOSA.

Thallo coriaceo cinereo, subtus albo, venis tomentosis, cinereo-fuscis, lobis subrotundatis divergentibus, peltis anticis, marginalibus, orizontalibus, rotundis fuscis.

Lichen venosus. Lin. prod. p. 159.

Super terram saepe collegi.

* * PELTIDEA CANINA.

Thallo coriaceo expanso cinerascente, subtus albidiiori, venis fibrillisque fuscescentibus, lobis oblongis amplis, extrosum latioribus, lobulis peltigeris sparsis, marginalibus, angustatis, peltis perpendicularibus revolutis, subrotundis, anticis spadiceo-rufescentibus.

Lichen caninus. Lin. prod. p. 160.

Super terram ad sepes vulgaris.

PELTIDEA RUFESCENS.

Thallo coriaceo expanso, rufescente, subtus subavenio, nigro-reticulato, fibrillosoque, lobis profunde incisis, sinuatis, rotundatis, margine inflexis, crispis, lobulis peltigeris marginalibus brevioribus, peltis adscendentibus revolutis, subrotundis, anticis nigro-fuscis.

Lichen caninus rufescens. Web.

Cum praecedente crescit in collibus.

Divisio II. Peltae laterales sparsae anticae.

PELTIDEA CROCEA.

Thallo coriaceo decumbente, cinamomeo, subtus venoso-villoso, croceo, lobis divergentibus, subrotundis, basi angustatis, margine subincisis, peltis anticis submarginalibus, lateralibusque tumentibus spadiceis.

Lichen croceus. Lin. prod. p. 165.

In alpibus super terram vulgaris.

Divisio III. Peltae laterales anticae saccato-immersae.

* PELTIDEA SACCATA.

Thallo coriaceo, suborbiculari, cinereo-virescente, subtus albo, fusco-fibrilloso, lobis subimbricatis incisis rotundatis, suberenatis, peltis lateralibus sparsis, saccato-immersis nigro-fuscis.

Lichen saccatus. Lin. prod. p. 165.

Super terram in sylvis, et sepibus locis collinis, et montanis.

Cetraria. *Cetraria. Achar. method. lichen.*

Peltae appланatae, scutelliformes, submarginales, adpressae, sessiles, in ambitu liberae (thallus foliacens membranaceo-cartilagineus, laciniis irregularibus, crispis, utrinque nudis glabris).

‡ * CETRARIA ISLANDICA.

Thallo cartilagineo-membranaceo, viridi-caustaneo, sinuato-laciniato multifido, laciniis adscendentibus, canaliculatis, ciliatis, peltis submarginalibus, concoloribus, ambitu liberis subimmarginatis.

Lichen islandicus. Lin. prod. p. 170.

In pascuis alpinis, montanis, et collinis, nec desideratur in ericetis Ticini.

* CETRARIA NIVALIS.

Thallo membranaceo, lacunoso, albo, basi

flavescens, laciniis planiusculis, lacero-laci-niatis, multifidis, crispis, crenatis, peltis mar-ginalibus concaviusculis, carneis, margine cre-nulato.

Lichen nivalis. Lin. prod. p. 171.

In pascuis alpinis abundat.

* CETRARIA CLAUCA.

Thallo membranaceo glauco, subtus nigro sin-vato-lobato, laciniis planiusculis depresso-com-plicatis, margine adscendentibus, lacero-laci-niatis, crispis, peltis rufo-fuscis.

Lichen glaucus. Lin. prod. p. 167.

In truncis arborum, et ad rupes in colli-bus, et montibus.

CETRARIA JUNIPERINA.

Thallo membranaceo pallide-flavo, subtus fla-vissimo, lacero-laci-niato, laciniis planis ad-scendentibus, complicatis, erosio-crenatis, cri-spis, undis, peltis elevatis, submarginalibus, badiis, margine tenui, flavo, crenulato.

Lichen juniperinus. Lin. prod. p. 168.

In sepibus, et truncis Janiperi.

Var. 1. *Cetraria pinastri*.

Thallo membranaceo flavo, depresso sinvato-lobato, laciniis margine elevatis, flexuoso-cri-spis, pulverulentis, davissimis, peltis submar-ginalibus badiis, margine flavo squamoso-cre-nulato.

Lichen pinastri. Scopoli prod. p. 168.

Ad truncos Laricis, et Fagi.

Cornicularia. *Cornicularia*. Ach. meth. lich.

Orbillae scutelliformes submarginatae, margine demum revolutae, integrae, vel ciliatae (thallus cartilagineus caulescens fruticulosus ramosus rigidus glaber).

CORNICULARIA TRISTIS.

Thallo cartilagineo, fruticuloso, caespitoso, glabro fusco, ramis tereti-compressis, adscendentibus, fastigiatis, superne nigricantibus, orbillis demum convexis, fusco-nigris subradiatis.

Lichen tristis. Ach. prod. p. 212.

Lichen corniculatus. Light.

Lichen radiatus. Huds.

Ad rupes alpinas frequentissima varians colore plus minus fusco.

CORNICULARIA ACULEATA.

Thallo cartilagineo fruticuloso-caespitoso, glabro, fusco castaneo, ramis brevibus confertis patentibus, flexuosis, implicatis, tereti-compressis, angulosis nudis, apice brevissimis denticulato-spirulosis, orbillis demum convexis concoloribus.

Lichen aculeatus. Ach. prod. p. 215.

In pascuis moutanis vulgaris, nec deest in ericetis Ticini.

Usnea. *Osnea. Ach. meth. lich.*

Orbillae immarginatae , ambitu integrae , vel dentato-radiatae , cephalodia sessilia , sparsa in eodem (cum orbillis) individuo , vel distincto (thallus ramosus teres , fibrillosus , lorolis cortice crustacea obductis).

USNEA FLORIDA.

Thallo subcrustaceo , fruticuloso recto , tereti , exasperato , cinereo-virescente , fibrilloso , fibrillis horizontalibus , ramis sparsis subfastigiatis simpliciusculis , orbillis terminalibus amplis , albo-virescentibus , radiatis , caephalodiis luteo-rufescensibus .

Lichen floridus. Lin. prod. p. 224.

† * Var. 1. Usnea plicata.

Thallo subcrustaceo , filamentoso , tereti-pendulo , albo-pallescens , lorulis elongatis ramosis , fibrillosis , implexis , orbillis albo-virescentibus , fibrilloso-radiatis , cephalodiis flavescentibus .

Lichen plicatus. Lin. prod. 225.

Var. 2. Usnea comosa.

Thallo subcrustaceo tereti , erecto , pallido-flavescente , ramosissimo fibrilloso , ramis expansis apice filiformibus , nutantibus , cephalodiis sparsis , pallido-carneis , denum convexis inaequalibus fuscescentibus .

Lichen comosus. Ach. prod. p. 225.

In ramis arborum , in sylvis alpinis non raro occurunt .

* **USNEA BARBATA.**

Thallo subcrustaceo, filamentoso, tereti, pendulo, albo-virescente, lorulis filiformibus dichotomo-ramosis, elongatis, subarticulatis, passim fibrillosis, cephalodiis sparsis minutis incarnatis.

Lichen barbatus. Lin. prod. p. 225.

Stereocaulon. *Stereocaulo.* Ach. meth. lich.

Cephalodia subterbinata, planiuscula, submarginata, demum convexa, sessilia, sparsa, et terminalia (thallus caulescens, ramosus solidus sublignosus, podetia nulla).

* **STEREOCAULON PASCHALE.**

Thallo solido, sublignoso, fragili, fruticoleso, cinereo-coesio, squamoso-granulosu, ramis brevibus confertis, cephalodiis planiusculis, turbinatis, sparsis, lateralibus terminalibusque demum conglomeratis, convexis, fusco-nigris.

Lichen paschalis. Lin. prod. p. 268.

Super rupes, et in pascuis collium frequens.

Baeomyces. *Beomice.* Ach. meth. lich.

Cephalodia capitata, ambitu subreflexa, in podetiis terminalia, raro in ipso thallo sessilia) (thallus crustaceus, vel foliaceo-cartilagineus fragilis, laciniis lobato-crenatis podetiferis).

Divis. I. *Pordenium*. Thallus crustaceus sub-uniformis, podetia solidiuscula teretia subsimplicia moliora.

BAEOMYCES ROSEUS.

Crusta tenui effusa, leprosa, subcontigua, albo-cinerascente, podetiis brevissimis, cylindricis, albis, cephalodiis terminalibus simplicibus planiusculis, demum turbinato-subglobosis, magnis, carneis.

Lichen ericetorum. Lin. prod. p. 81.

In ericetis Ticini vulgaris.

BAEOMYCES RUPESTRIS.

Var. 1. Baeomyces Byssoides.

Crusta cinereo-fusco-virescente, pulverulenta, podetiis albis, compressis, sursum dilatatis, cephalodiis globosis, demum conglomeratis, fuscis.

Lichen byssoides. Lin. prod. p. 82.

In pascuis super terram.

Var. 2. Baeom. rufus.

Crusta leprosa effusa granulata, cinereo-virescente, podetiis concoloribus, brevissimis cylindricis, cephalodiis minutis, simplicibus, planiusculis, rufescientibus.

Secus vallem Ticini vulgaris.

Divis. V. *Scyphophoron*. Thallus foliacetus, cartilagineo-crustaceus imbricatus, podetia fistulosa apice scyphiformia.

† * BAEOMYCES COCCIFERUS.

Thallo cartilagineo lobato, laciniis imbricatis, inciso-crenatis, podetiis brevibus obconicis, cincereo-virescentibus, scyphis dilatatis integris, clausis, cephalodiis marginalibus subsessilibus majoribus coccineis.

Lichen cocciferus. Lin. prod. p. 187.

Ad sepes in umbrosis, etiam circa Novariam, ubi varietates omnes ab Achario descriptae non raro occurunt.

BAEOMYCES CELVICORNIS.

Thallo cartilagineo lobato, laciniis erectis, la-
cero-laciniatis, multifidis, sublinearibus cae-
sio-virentibus, podetiis cylindricis, brevibus,
concoloribus, scyphis minutis turbinatis, clau-
sis, cephalodiis marginalibus, globosis, sub-
sessilibus, fusco-nigris.

Lichen cervicornis. Ach. prod. p. 184.

In ericetis Ticini frequens.

BAEOMYCES PYXIDATUS.

Thallo cartilagineo lobato, laciniis imbricatis, inciso-crenatis, podetiis brevibus, obconicis, scyphis dilatatis, cyathiformibus, clausis, integris, cephalodiis marginalibus fuscis.

Lichen pyxidatus. Lin. prod. p. 186.

Var. n. Baeomyces macroscyphus.

Podetiis brevibus, basi subcylindricis, scyphis dilatatis, maximis, campanulatis, incanis,

margine tenuissime-crenato, cephalodiis minutissimis marginalibus sessilibus.

In pascuis saxosis frequens.

BAEOMYCES RADIARIS.

Thallo cartilagineo-lobato, laciniis incisis, crenatis, podetii elongatis, cylindricis, albo-virescentibus, pulverulentis, scyphis irregularibus subpervisi, margine digitato-radiatis, cephalodiis terminalibus fascis.

Lichen radiatus. Ach. prod. p. 190.

Super terram inter rupes alpinas vulgaris, ubi, et varietas Baeom. Nemoxyalus, et Baeom. Actinotus saepe occurrit.

BAEOMYCES CORNUTUS.

Thallo cartilagineo lobato, laciniis imbricatis, inciso-crenatis, podetii elongatis, simplicibus, subventricosis, acuminatis, sterilibus, scyphiferisque, scyphis cylindraceis clausis, subintegris, cephalodiis minutis marginalibus sessilibus fascis.

Lichen cornutus. Lin. Ach. prod. 192.

Inter rupes alpinas frequens.

* BAEOMYCES GRACILIS.

Var. 2, Baeomyces cladonooides.

Ponetii filiformibus, subdichotomo-ramosis, scyphis minutis, subobsoletis, radiatis, cephalodiis exiguis, terminalibus, subglobosis, fascis.

Inter rupes alpinas.

BAEOMYCES ALICORNIS.

Thallo cartilagineo, lobato, laciniis erectis, sinuato-lobatis, obtusis, podetii supra foliaceis, brevissimis, scyphis minutis turbi-

natis, cephalodiis marginalibus subsessilibus
fusco-nigricantibus.

Lichen alicornis. Ach. prod. p. 184.

In ericetis vulgaris, ubi, et varietas Baeom.
phylophorus saepe occurrit.

Divisio VI. Cladonia. Thallus foliaceus, car-
tilagineo-crustaceus, evanescens; podetia elon-
gata, rigida, fistulosa attenuata, ramoso-fru-
ticulosa.

BAEOMYCES UNCLALIS.

Podetiis caespitoso-aggregatis, tubulosis, albo-
virescentibus, ramis brevibus, patulis, apice
stellato-radiatis, denticulatis, perforatis, fertili-
lum cephalodiis minutis, globosis spadiceis.

Lichen uncialis. Lin. prod. p. 201.

*** BAEOMYCES RANGIFERINUS.**

Podetiis teretibus tubulosis, erectis, ramosissi-
mis, cinerascentibus, axillis perforatis, ra-
mulis apice deflexis, fertilium cephalodiis ter-
nis, quaternisve globosis, obscure-fuscis.

Lichen rangiferinus. Lin. prod. p. 202.

Var. 1. Baeomyces alpestris.

Podetiis albis ramosissimis, ramulis implexis
concatenatis, axillis subinde perforatis, ibi-
demque stellato-ramosis.

Var. 2. Baeomyc. sylvaticus.

Podetiis albo-cinerascentibus, minus ramosis,
axillis perforatis, ramulis terminalibus, sub-
erectis, apice rufescentibus, sterilibus fertili-
busque.

Lichen. sylvaticus. All.

In pascuis, et ericetis Ticini, collum, mon-
tium, et alpinum.

BAEOMYCES SUBULATUS.

Podetiis erectis, tubulosis, attenuatis, subdivi-
sibus, ramis erectis, simplicibus, subulatis,
cinereo-virescentibus, fertilium cephalodiis ba-
diis.

Lichen subulatus. Lin. prod. p. 205.

In sylvis alpinis inter muscos.

BAEOMYCES VERMICULARIS.

Podetiis tubulosis, subsiliformibus, subulatis,
subsimplicibus, prostratis albissimis.

Lichen vermicularis. Ach. prod. p. 201.

In pascuis summarum alpium inter muscos,
et super ligna putrescentia collegi.

Ulva. *Ulva*.

A membranacea.

ULVA INTESTINALIS.

Tabulosa simplex. Lin. spec. 1652. Dill. Musc.
t. 9. f. 7.

In valle Ticini ad Campumlatum in stagnis
versus locum dictum *la Magajola* unice col-
legi.

Conferva. *Conferva*.

A capillaris.

CONFERTA RIVULARIS.

Filamentis simplicibus longissimis. Lin. spec.
1653. Dill. Musc. t. 2. f. 2.

Chantransia rivularis. Decand.

In aquis lente fluentibus, et rivulis inter oryzis.

CONFERTA BULLOSA.

Filamentis aequalibus ramosis, bullas aereas includentibus. Lin. spec. 1654.

In aquis stagnantibus vulgatissima.

CONFERTA CANALICULARIS.

Filamentis aequalibus, basin versus ramosioribus. Lin. syst. Dill. Musc. t. 4. f. 15.

In aqueductibus secus Padum ad s. Nazaro de' Borgondi collegi.

***CONFERTA AMPHIBIA.**

Filamentis aequalibus ramosis exsiccatione coeuntibus in aculeos. Lin. syst. Dill. Musc. t. 4. f. 17.

In fossis, et locis inundatis vulgaris.

CONFERTA RETICULATA.

Filamentis reticulato-coadunatis. Linn. spec. 1655. Dill. Musc. t. 4. fig. 14.

Hydradyction majus. Rhot.

In aquis, et rivulis pacatioribus collum.

CONFERTA FLUVIATILIS.

Filis simplicissimis setiformibus rectis, geniculis crassioribus angulatis. Lin. spec. 1655. Dill. Musc. t. 7. f. 47.

Chantransia fluviatilis. Dec.

In aquis rapidis, praesertim ad Molitinas saepe vidi.

CONFERTA GELATINOSA.

Filis ramosis moniliformibus, articulis globosis gelatinosis. Lin. syst. Dill. Musc. t. 7. f. 42. 43. 46.

Batrachospermum nigricans. Decand.

Ad rivulos collium in umbrosis super saxa
observavi.

CONFERTA CAPILLARIS.

Filis geniculatis simplicibus, articulis alterna-
tini compressis. Linn. syst. Dill. Musc. t. 5. f. 25.

Ad lacum Cusii versus *Pella* non rara.

Byssus. *Bisso*.

Substantia lanuginosa, vel *pulverulenta*.

BYSSUS FLOS AQUAE.

Filamentis plumosis natantibus. Linn. spec.
1657.

In aquis stagnantibus verno tempore obser-
vatur.

BYSSUS PHOSPHOREA.

Lanuginosa violacea lignis adnascens. Linn.
syst. Dill. Musc. t. 1. f. 6.

In lignis putrescentibus locis umbrosis.

BYSSUS VELUTINA.

Capillacea viridis filamentis ramosis. Lin. spec.
1658. Dill. Musc. t. 1. fig. 14.

Ad parietes locis humidis frequens.

BYSSUS AUREA.

Capillacea pulverulenta, fructificationibus spar-
sis, filamentis simplicibus ramosisque. Linn.
spec. 1658. Fl. dan. 618. f. 1.

Super terram in uliginosis collium, et in
lignis humidis.

BYSSUS ANTIQUITATIS.

Pulverulenta atra. Lin. spec. 1658. Dill. Musc.
t. 1. f. 18.

In muris antiquis locis humidis.

BYSSUS CANDELARIS.

Pulverulenta flava. Lin. syst. Dill. Musc. t. 1.
fig. 4.

In tectis, et muris septentrioni expositis.

F U N G I.

Agaricus. *Agarico.*

Fungus subitus lamellatus.

a. *Stipes nullus, lateralis, aut excentricus.*

AGARICUS LABYRINTHIFORMIS. Bull.

Perennis, sessilis, dimidiatus, supra zonatus
glaber, subitus primum tubulosus, demum de-
daleo-lamellosum. Herb. fr. 1. p. 577. t. 552., et
442. f. 1.

Agaricus quercinus. Linn.

In lignis emortuis.

AGARICUS TRICOLOR. Bull.

Perennis, coriacens, sessilis, dimidiatus, su-
pra zonatus, versicolor, glaber, subitus e tu-
buloso, lamellis ramoso furcatis. Herb. t. 541.
f. 2.

Super truncos Betulae albae non raro habitat.

AGARICUS CORIACEUS. Bull.

Perennis, sessilis, dimidiatus, supra zonatus,
sericeus, aut lanatus, subitus primum tubulo-
sus, demum dedaleo-lamellosum. Herb. fr. t.
594., et 587.

Cum praecedente saepe collegi.

AGARICUS ALNEUS.

Acaulis, lamellis bifidis pulverulentis. Linn.
spec. 165. Bull. herb. t. 546., et 581.

In truncis Alni crescit.

AGARICUS SESSILIS. Bull.

Tenellus sessilis, dimidiatus, glaber, supra
niveus, lamellis angustis tenuissimis, basi de-
clivibus. Herb. t. 581. fig. 5. et t. 582.

In truncis arborum emortuis.

AGARICUS STIPTICUS. Bull.

Coriacetus, stipite laterali, pileo dimidiato te-
nui: lamellis curvilineis in hemycillum basi
terminatis. Herb. t. 140. et 157. f. 1.

In truncis arborum vulgaris.

AGARICUS BRYOPHYLLUS. Pers.

Subresupinatus, candidus, pileo membranaceo,
postice proiecto adhaerente, lamellis ramosis
Obs. myel. p. 1. p. 8. t. 5. f. 1. a. b.

AGARICUS ORCELLUS. Bull.

Gregarius pileo elliptico, aut orbiculari, sti-
pite pallido, lamellis consertis incarnatis. Herb.
fr. t. 591., et 575. f. 1.

Ad publicum ambulacrum dell' Alea in Ul-
morum truncis saepe observavi.

AGARICUS ULMARIUS. Bull.

Pileo carnoso latissimo, unicolore pallescen-
te, aut littoris variegato, lamellis latissimis
subemarginato adnexis, stipite adscendente.
Herb. fr. t. 510.

Cum praecedente crescit.

6. *Stipes centralis, lamellae aequales-ascentes.*

AGARICUS PECTINACEUS. Bull.

Pileo convexo plano sublaevi roseo, seu dilute rubro, lamellis, et stipite albis. Herb. fr. t. 509.

In pascuis ubique maxime varians colore albo, fulvo ochroleuco, et roseo, quandoque pileo centrum virescit.

AGARICUS FOETENS. Pers.

Magnus foetidus, sordide pallidus pileo depresso, margine fornicato tuberculato-sulcato, lamellis nonnullis dimidiatis, basi venis convexis. Syn. p. 44.

Agaricus piperatus. Bull. herb. t. 292.

c. *Sauciati succum fundentes: lactiflor.*

AGARICUS ACERIS. Bull.

Pileo infundibuliformi, margine expanso glabro albido, lamellis congestis furcatis palescentibus candidis. Herb. fr. t. 558.

In sylvis vulgaris.

AGARICUS ZONARIUS. Bull.

Stipite pleno, nudo, brevi pileo, zonato glabro, lamellis subalbidis, curvilineis, carne tenui alba, succo lacteo piperato. Herb. fr. t. 104.

In sylvis frequens.

AGARICUS PYROGALUS. Bull.

Stipite pleno nudo, pileo cinereo glabro zonato, lamellis curvilineis rufo-cervinis, carne alba, nec mutabili, succo lacteo mox piperato. Herb. t. 567, f. 2.

In sy'vis aestate, et autumno terrestris, et abundans.

AGARICUS NECTATOR. Bull.

Stipite pleno nudo, pileo margine ciliato, lamellis curvilineis subrutilis, carne tenui subalbida, succo lacteo piperatissimo. Herb. t. 529. f. 2. et t. 14.

In sylvis, praesertim montanis super terram crescit.

* **AGARICUS DELICIOSUS.** Schoeff.

Caulescens plerumque solitarius carnosus, succo croceo acri scatens, pileo haemisphaericō in centro depresso, et in margine fornicato lateritio, fasciis concentricis alternis pallidioribus, lamellis ramosis concoloribus, petiolo cylindrico maculato, brevi crasso aliquatenus fistuloso velo, et annulo destitutus. Schoeff. fung. t. 11.

In sylvis, et ericetis vulgaris.

AGARICUS DULCIS. Bull.

Pileo infundibuliformi rufescente, lamellis pallescente-incarnatis, succo subdulci. Herb. fr. t. 224.

In sylvis vallis Ticini.

Succus albus primo dulcis, dein ingratus subacris odorem bellum exhalat.

d. *Lamellae inaequales per vetustatem nigrae aut in liquorem nigrum diffuentes, stipes albidus annulatus, aut nudus.*

AGARICUS THYPOIDES. Bull.

Fungax, stipite fistuloso glabro annulario sifero, pileo campanulato squamoso, lamellis

nigrescentibus liberis. Herb. fr. t. 16., et 582
f. 2.

In hortis, et sylvis.

AGARICUS ATRAMENTARIUS. Bull.

Fugax supra basim communem multiplex, stipite fistuloso nudo, pileo campanulato, lamellis latissimis numerosissimis nigrescentibus liberis. Herb. t. 164.

In locis uliginosis occurrit.

AGARICUS CINEBEUS. Bull.

Caulescens solitarius, carne destitutus, pileo primum cylindraceo squamuoso dilute cinereo, centro dilute-spadiceo, dein campanulato radiato tandem plano, margine lacero revolute, lamellis nigricantibus deliquescentibus, petiolo tereti gracili subtortili cinereo fistuloso, basi crassiusculo, velo filamentoso spurio, anulo nullo. Herb. t. 88. Schoeff. fung. t. 100.

In pratis, et sylvis, et ruderatis.

AGARICUS MIACEUS. Bull.

Fugax, stipite simplici fistuloso nudo, pileo striato, vesiculis nitente, lamellis rarissimis nigrescentibus liberis. Herb. t. 565.

In pratis, et hortis vulgaris.

Lamellae hujus Agarici, et praecedentis in sa-
niem nigraram diffluunt.

AGARICUS DIGITALIFORMIS. Gregarius Bull.

Exiguus fugax, stipite fistuloso nudo, pileo campanulato striato, vesiculis nitentibus con-
sperso, lamellis semilunatis fuligineis liberis.
Herb. t. 22., et 525. f. 1.

In truncis Salicis albae frequens.

AGARICUS EPHEMERUS. Bull.

Fugacissimus glaber, stipite fistuloso nudo,
pileo striato nec squarroso, lamellis nigrescen-
tibus liberis. Herb. t. 128., et 542. f. 1.

In finetis, tempestatibus uidis idiopie.

AGARICUS STERCORARIUS. Bull.

Fugacissimus, stipite fistuloso nudo piloso,
pileo squarroso, seu lanato striato, lamellis
nigrescentibus liberis. Herb. t. 68., et 542.
f. 2.

Cum praecedente crescit tempore autumnali.

AGARICUS HYDROPHORUS. Bull.

Fugax, stipite simplici fistuloso, glabro nudo,
pileo profunde striato, lamellis angustis libe-
ris, basi aditinis nigrescentibus. Herb. t. 558.
f. 2.

In hortis super terram locis humidioribus.

AGARICUS DELIQUESCENTS. Bull.

Fugax, stipite simplici fistuloso nudo glabro,
pileo campanulato leviter striato, lamellis la-
tissimis nigrescentibus nigris. Herb. t. 457.
f. 2., et 558. f. 1.

In pratis, et hortis omni tempore.

e. *Stipes centralis nudus aut annulatus ,*
lamellae subnebulosae aetate nigrescentes.

AGARICUS STRIATUS. Bull.

Stipite fistuloso nudo glabro, pileo conico-
profunde striato, nec liquescibili, lamellis fu-
ligineo-fuscescentibus subsemilunatis liberis.
Herb. t. 552. f. 2.

Id sylvis, et pratis omni tempore.

AGARICUS CAMPANULATUS.

Fugax, stipite fistuloso, annulo mox evanescente, pileo campanulato, nec striato, lamellis latissimis fuligineo-rufidis liberis. Herb. t. 552. f. 1.

In sylvis habitat aestate, et autumno.

AGARICUS SEMIORBICULARIS. Bull.

Stipite fistuloso nudo excorticabili, pileo limacino haemisphaerico, nec striato, lamellis latissimis liberis. Herb. t. 422. f. 1.

Secus vias frequens toto anno.

AGARICUS AMARUS. Bull.

Stipite fistuloso glabro, annulo fugacissimo semiorbiculari, carne lutea fellea, lamellis liberis, basi aduncis. Herb. t. 50., et 562.

Super arborum truncos in sylvis.

AGARICUS NIGRICANS.

Pileo carnoso depresso olivaceo cinereo demum quasi adusto, lamellis crassis latiusculis (inaequalibus) pallescente-albis, stipite solido cinereo (aestate fuliginoso). Herb. t. 570. f. 2. t. 579., et 166.

In silvis autumno frequens.

AGARICUS CYANEUS. Bull.

Pileo carnoso gelatinoso aeruginoso, exsiccatione flavescente, lamellis planis adnexis purpurascensibus fusco-variegatis, stipite squamoso, annulo fugaci. Herb. t. 530.

Agaricus aeruginosus. Pers. syn. p. 419.

In sylvis ad arborum truncos autumno crescit.

AGARICUS EDULIS. Bull.

Gregarius magnus, pileo candido laevi, aut

obsolete squamoso, lamellis rubris, stipite longo bulboso, annulo manifesto. Herb. t. 514., et 134.

In pratis, et pascais vulgaris.

f. *Lamellae aequales, tubo stipitem ambienti adnexae.*

AGARICUS ANDROSACEUS. Bull.

Coespitosus albus, pileo profunde sulcato, lamellis tubo stipitem ambienti adnexis, stipite nigrescente. Herb. t. 569. f. 5.

In sylvis uliginosis.

g. *Stipes centralis fistulosus, lamellae haud per aetatem nigrescentes, pileus non umbilicatus.*

AGARICUS ARUNDINACEUS. Bull.

Stipite fistuloso nudo molli, pileo subsemiorbiculori umbonato, lameliis in medio latissimis, basis subaduncis. Herb. t. 405. f. a.

In pratis siccis dell' Arbogna autumno frequenter observatur.

AGARICUS ALLIACEUS. Pers.

Pileo campanulato membranaceo fuscescente, lamellis distinctis albidis, stipite fistuloso-longissimo nigrescente subradiato, basi strigosa. Mur. syst. Veget. 15. p. 1015. Jacq. flor. aust. t. 82.

In sylvis vallis Ticini locis uliginosis autumno.

AGARICUS FISTULOSUS. Bull.

Stipite fistuloso nudo piloso firmo, pileo conico striato, lamellis basi angustissimis aduncis. Herb. t. 518., et 565.

Ad arborum truncos.

AGARICUS CLAVUS.

Stipitatus, pileo luteo convexo striato, lamellis stipiteque albis. Herb. t. 569. f. 1., et t. 148

In nemoribus collium autumno crescit.

AGARICUS FORAMINULOSUS. Bull.

Tenellus stipite nudo vix perspicue fistuloso, pileo conico-campanulato, lamellis fuligineo ferrugineis subsemilunatis liberis. Herb. t. 555. f. 1.

In sylvis siccis Ticini aestate, et autumno.

AGARICUS PERPENDICULARIS. Bull.

Radice perpendiculari elongata, stipite fistuloso nudo, pileo complanato, nec striato, lamelli semilunatis liberis. Herb. t. 422. f. 2.

Terrestris est solitarius in sylvis primo vere.

AGARICUS PUMILUS. Bull.

Fragilissimus, stipite fistuloso nudo molli, pileo aquoso sulphureo, nec striato, lamellae niveis falcatis liberis. Herb. t. 260., et 565.

In sylvis, praesertim collium aestate, et autumno.

h. *Pileus umbilicatus, lamellae pene semper decurrentes per aetate non nigrescentes.*

AGARICUS CUPULARIS. Bull.

Gregarius, pileo subcarnoso late umbilicato flavescente confertis obscurioribus, stipite lon-

go ravo albicante. Herb. t. 554. f. 2. Pers.
syn. p. 454.

In sylvis aestate, et autumno saepe occurrit.

AGARICUS ERICEUS. Bull.

Gregarinus candidus subparvus expallescens, pileo carnoso, primo convexo, dein plano-depresso adultis, margine subinfuso striato, lamellis distantibus decurrentibus venoso-connexis. Herb. t. 189.

Agaricus virgineus. Pers. syn. p. 456.

AGARICUS PSEUDO-ANDROSACEUS. Bull.

Gregarinus, totus griseus membranaceus, lamellis distantibus, basi latissimis, stipite mediori. Herb. t. 276.

In ericetis Ticini autumno.

AGARICUS AMADELPHUS. Bull.

Gregarinus, lamellis inaequalibus decurrentibus rufis, pileo prius convexo, dein piano concavo, stipite pene gracili. Herb. t. 550. f. 5.

Ad corticem arboris putrescentis in collibus *di Vergano* collegi.

AGARICUS ATRO SQUAMOSUS. Gmel.

Pileo fuscescente niveo, maculis striatis nigris sul squamosis, stipite subulato valido, lamelisque albis. Michel. Gen. t. 78. f. 6. 8.

AGARICUS TIGRINUS.

Ligno innascens, stipite pleno nudo, pileo tenui tigrino depresso, lamellis curvilineis arcuatis. Herb. t. 70.

Super trabes, et truncos emortuos arborum varians colore immaculato-laevi, vel sulphureo-stramineo.

AGARICUS CIATHIFORMIS. Bull.

Albidus vel pallidis, cancellis decurrentibus angustis divisis, stipite farcto. Herb. t. 248., et 568. f. 1., et 575.

In nemoribus collum castate, et autumno.

AGARICUS PYXIDATUS. Bull.

Gregarius majusculus, pileo cupulari seu infundibuliformi striato subspadiceo, lamellis lutescentibus, stipite elongato solido pallido t. 568. f. 2.

In umbrosis collum saepe occurrit varietatem colore fulvo nundum vidi.

AGARICUS AMETHYSTEUS. Pers.

Gregarius subtenax recens lacte violaceus demum canescens, pileo umbilicato, lamellis distantibus, stipite longo fibrilloso attenuato.

Synon. p. 465.

Bull. herb. t. 570. f. 8.

In sylvis ad arborum truncos abundat. *Ad Agaricum farinaceum aetate accedit lamellis furfure albido obtectis.*

i. *Stipes plenus pileus carnosus, lamellae unicolores arescentes.*

AGARICUS FICOIDES. Bull.

Caulescens, plerumque solitarius carnosus, pileo convexo subtilissime striato albido-griseo saepe deformi, lamellis sordide carneis, petiolo tereti albido annulato parum fistuloso, basi tuberoso curvo fuscescente, velo ac annulo persistente, membranis albidis. Herb. t. 587. f. 1.

AGARICUS PRATENSIS. Schoeff. fung. t. 96.

In pratis, et sylvis autumno abundat.

AGARICUS EBURNUS. Bull.

Gregarius candidus, pileo subcarnoso viscoso convexo piano, margine laevi, lamellis subdistantibus parum decurrentibus, stipite longo, apice squamuoso. Herb. t. 118.

In sylvis montanis collegit Amicus *Carestia*.

AGARICUS ODORUS. Bull.

Pileo carnoso planiusculo, laevi virescente, lamellis confertis subdecurrentibus albidis, stipite solido subflexuoso concolore aut viridi. Herb. t. 176. et t. 556. f. 3. Pers. syn. p. 525.

Crescit autumnio in sylvis montanis.

AGARICUS ERICTORUM. Bull.

Stipite nudo, apice fistuloso, pileo lutescente convexo. Herb. t. 188. et 551. f. 1.

In sylvis montanis saepe vidi.

AGARICUS FUSIPES. Gmel.

Pileo dilute, umbrino rimoso, margine undulato, lamellis concoloribus rarioribus truncatis, stipite deorsum attenuato. Bull. herb. t. 186. et 516. f. 2.

In sylvis montanis, et collinis.

AGARICUS CAMELEON. Bull.

Gregarius subparvus viscosus, pileo umbonato, stipiteque cavo, fulvo, viridique vario, lamellis aureis. Herb. t. 545. f. 1.

In collibus *di Ameno*, et *al Margozzo* rarus.

AGARICUS ARCUATUS. Bull.

Pileo carnoso e campanulato demum depresso rufescente-grisco, lamellis latiusculis arcuatis subdecurrentibus, stipite solido subbulboso

ut plurimum info-virgato. Herb. t. 445. et 589. f. 1. Pers. Syn. p. 505.

Super terram in collibus crescit autumno, praesertim in sylvis maxime varians magnitudine forma, et colore.

AGARICUS SULPHUREUS. Bull.

Gregarius subsulphureus odoratus, pileo carnoso subumbonato, glabro, lamellis distinctis emarginatis, stipite longo, cavo, flexuoso dilutiore. Herb. t. 168. et 545. f. 2.

In nemoribus montanis autumno.

AGARICUS LONGIPES.

Pileo conico fuliginoso, stipite concolor striato farcto, deorsum turgido, infra terram denuo attenuato, lamellis latis inaequalibus, cano-fuliginosis. Herb. t. 252. et 515.

AGARICUS CONTORTUS. Bull.

Pileo sicco umbrino convexo, vertice papilloso, lamellis fragilibus, stipiteque spirali albidis. Herb. t. 36.

In umbrosis di Ameno aestate crescit.

AGARICUS FULVUS. Bull.

Pileo primum convexo, dein plano fulvo, lamellis inaequalibus lutescentibus, stipite factio, longitudinaliter striato. Herb. t. 555. f. 2. et 574. f. 1.

In sylvis vallis Ticini frequens.

AGARICUS COCCINEUS. Bull.

Gregarius totus coccineus, pileo submembranaceo convexo subviscoso, lamellis distantibus dentatim convexis, stipite cavo subpresso. Herb. t. 570. f. 2.

Ad sepes secus vias della Bicocca, et in sylvis della Vesca.

AGARICUS SERICEUS. Bull.

Pileo conico, sericeo nitido albo-rufescenti, lamellis griseis, aut lutescentibus, inaequalibus, basi emarginatis, stipite longiusculo candidis. Herb. t. 415. f. 2. et 526.

Ad sepes, et oras sylvarum, praesertim in collibus.

AGARICUS ARGYRACEUS. Bull.

Pileo subalbcente, squamis cinereo-nigrescentibus, lamellis, stipiteque longiusculo candidis. Herb. t. 425. f. 1. et 515. f. 2.

In sylvis montanis estivo tempore.

AGARICUS FASTIBILIS. Pers.

Caespitosus, pileo carnoso, lateritio-ruso, aut pallido opaco, flexuoso, lamellis aquose cinnomeis, stipite crasso fibrilloso albido. Pers. Syn. p. 526.

Agaricus crustuliniformis. Bull. herb. t. 546.

In sylvis montanis abundat colore, et magnitudine mire varians.

AGARICUS CROCEUS. Bull.

Caulescens plerumque solitario, pileo obtuse conico non carnoso, croceo-coccineo demum flavescente, lamellis flavis, petiolo tereti croceo subtuliter striato subtortili fistuloso flavo, velo, et annulo destitutus in senio totus nigrescens. Herb. t. 50. et 524. f. 3. Schoeffl. fung. t. 2. f. 9.

k. *Stipes centralis. Lamellae in juniori aetate membrana tectae velum araneosum ingestipe relinquentes.*

AGARICUS KEDUS. Bull.

Gregarius, pileo carnoso convexo piano subrepando rufescente-violaceo, lamellis conformati, stipite longiusculo tenuiusculo, subcylindrico nudo dilute-violaceis. Herb. t. 459. f. a. c.

In sylvis montanis ad terram varietas c. colore toto rufescente gaudet.

AGARICUS ARANEOSUS. Bull.

Pileo spadiceo, margine filis araneosis similiato, lamellis latis, posterius divisis, stipite albo brevi crasso concoloribus. Herb. t. 96 et t. 451. f. 5.

In nemoribus montanis autumno.

AGARICUS MUSCOSUS. Bull.

Pileo carnoso umbonato viscoso crystallino, lamellis primo purpurascensibus, dein ferrugineis, stipite transversim in squamas cartilagineo gelatinosas rupto, primo annulo subobsoleto. Herb. t. 549. et 596. f. 2.

Autumno crescit in sylvis collium, et Ticini vallis.

1. *Lamellae exsuccae, nec nebulosae. Stipes annulatus.*

AGARICUS ANNULARIUS. Bull.

Caespitosus congestis, pileo umbonato piloso, squamuoso, ochraceo-fuligineo, lamellis subcurrentibus albidis pallescentibus, stipite annulato conico, olivaceo, cinereo. Herb. t. 377. et 543. et 546. f. 5.

In collibus ad arborum radices autumno.

AGARICUS AUREUS. Pers.

Subcoespitosus magnus unicolor-fulvis, pileo carnosio, planiusculo obsolete squamoso-pilosso, lamellis confertis tenuibus subemarginatis, stipite stricto, glabro crassiusculo, annulo subparvi. Bull. herb. t. 92.?

In sylvis vallis Ticini raro occurrit autumno, et aestate.

AGARICUS RAMENTACEUS. Bull.

Solitarius, planiusculo obsolete umbonato, ar- gillaceo, disco obscuro, margine flavescente squamuloso, lamellis dilute-fuligineis subad- nexis, stipite solido albido flavo-maculato, glabro, annulo brevi. Herb. t. 595. f. 3. Pers. Syn. 265.

In Ticini ericetis solitarius augusto mense crescit.

AGARICUS CLYPEOLARIUS. Bull.

Pileo lacteo, squamis fasciculatis spadiceis, lamellis teneris albis triplici ordine digestis, stipite tereti fistuloso fuscescente. Herb. t. 506. f. 2. et 405.

In sylvis montanis, praesertim versus *Cat- nobbio*.

AGARICUS COLUBRINES. Bull.

Magnis, pileo carnuoso umbonato, squamoso rufescente-cinereo, lamellis remotissimis albi- dis, stipite bulboso longissimo, annulo mobi- li. Herb. t. 78. et 585.

In ericetis, et pascuis frequens.

in. *Volvati.*

1. *Folva incompleta.*

AGARICUS VERRUCOSUS. Bull.

Pileo carnoso compacto umbonato rubescente fuligineo, verrucis acutis, aspero, lamellis contortis candidis, stipite longo fibrilloso subbulboso.

Amanita aspera. Pers. Syn. p. 256. Bull. herb. t. 516.

In sylvis acestate crescit (verrucis apud nos globosis).

AGARICUS SOLITARIUS. Bull.

Pileo convexo, medio parumper concavo, verrucis squamisque convolutis inaequali, lamellis liberis. Herb. t. 10. et 595.

Ad oras sylvarum, praesertim in collibus.

‡ **AGARICUS MUSCARIUS.** Bull.

Stipitatus, lamellis dimidiatis solitariis, stipite ovato, apice dilatato, basi ovato. Herb. t. 122.

In nemoribus collium.

2. *Folva completa.*

AGARICUS AURANTIACUS. Bull.

Pileo convexo aureo, carne ochroleuca, lamellis medio latioribus, minoribus, mediis brevissimis. Herb. t. 120. et 564.

Agaricus caesareus. Lin. Syst. Veget.

In nemoribus montium frequens.

AGARICUS VERRUCOSUS. Bull.

Stipitatus, pileo carnoso compacto imbonato rufescente-ferrugineo, verrucis acutis asperis, lamellis confertis candidis, stipite subvilloso subbulboso. Herb. t. 516.

Amanita aspera. Pers. Syn.

In sylvis frequens.

AGARICUS BULBOSUS. Bull.

